ingenii & ſingularis eruditionis vir, cujus plurimas alias hujuſcemodi ſcriptiones, Muſis faventibus elaboratas, Eruditi laudarunt; ſpreverunt vero nonnulli, atque cæteros inter P. *Zaccharias* qui cuncta vituperat, quæ ſui palato non ſapiunt. Illud vero ex tot eorum ſupplicationibus, atque clamoribus incredibilibus effectum eſt, ut Concinianæ Theologiæ dignitas, atque præſtantia admodum ſit aucta, ejuſque famā in ultimas uſque terras conceſſerit. Ita enim tota litteraria Reſpublica cognovit apertiſſime, quam injuſtæ fuiſſent delatorum criminationes, quamque intolerabiles eorumdem queſtus ac gemitus. Hinc docti homines ſummopere Concinam demirati ſunt, quod in Opere XII. magnæ molis voluminum (ubi fas eſt obrepere ſomnum) ea tantum errata admiſiſſet, in quæ labitur vel facillime cujuſque libelli ſcriptor. Gravior autem PP. Societatis in Concinam injuria videbitur, ſi obſervare non pigeat, aliquot errata, quæcumque demum ſint, quæ in *Theologia Chriſtiana* notantur, a Concina jam antea fuiſſe detecta, ipſumque propterea de iiſdem emendandis in poſtremo volumine, ut ſcriptores ſolent, cogitaſſe. Sed PP. Societatis nulla in Concinam patientia uti voluerunt. Sane erat ita comparatus, ut ſive ipſe admiſſa errata, ſive indicata ab aliis cognoviſſet, ea protinus rejiceret, ſeque in errorem eſſe lapſum ſtatim fateretur, rogaretque amicos, & inimicos, ut ſi quid abs ſe peccatum animadvertiſſent, aperire non dedignarentur, quemadmodum libros ejus perlegenti manifeſtum eſt. Quare quum edita *Theologia Chriſtiana*, FF. Minores, quos ab acuminato capitis integumento Cappuccinos vocant, quandam ſcriptionem per Hiſpaniam, aliaſque regiones ſparſiſſent, in qua P. Martino *Torrecillæ*, e ſuo cœtu Theologo laxas nonnullas adjudicatas opiniones con-

Si quis, inquit, oſtenderit
In refellendis hoſtibus
Me falſi quidquam dicere,
Libenter illud revoco.
Ergo ne quidquam revocat?
Vos vos primum oſtendite
Erraſſe P. *Concinam*,
Retractabitque protinus.
Quod ſi legantur ſingula
Declarationis capita,
Eadem prorſus utitur
Conditionata methodo.
Quæ nil negat, nil aſſerit,
Niſi probata fuerint,
Quæ adnexa eſt conditio,
Ut docent Dialectici.
Nunc rogo vos Theologi
His, qui fatentur crimina,
Conditione adhibita,
Debetur ne abſolutio?
Hæc verba *erravi*, *fateor*,
Quæ quidquam retractantibus
Veſter præſcribit *Lecchius*,
Sunt ne in *Danielis* folio?
In eo ſunt, quæ *Faurius*
*Danieli* noſtro affinxerat,
Sed jam ut ſcitis publico
Damnata ſunt judicio?
Angelicum conſulite,
Ejuſque ſane ingenuam
Proteſtationem legite,
Hiſce conceptam terminis:
„ Si male quidquam dixerim
„ Vel minus bene, veniam, (*Op.* 15.)
„ Et correctionem poſtulo;
„ Retractat ne, quæ ſcripſerat?
Sed quid plura commemorem?
Ipſa ſuprema veritas
Qua certe nihil æquius,
Negat, quæ ſemel dixerat?
Non puto, & tamen impii
Phariſæorum Principis
Percutienti famulo
Reſponſum affert ſimile:
„ Si mala faſſus fuero,
„ De malo teſtimonium
„ Tu palam, inquit, perhibe;
„ Si bene, cur me percutis?
His certe valde ſimilis,
Si juſto res criterio
Spectetur, judicabitur
*Danielis* Proteſtatio.
Nos ergo, ſi quid ſapimus,
Victoriam quam canitis
Adverſus Patrem *Concinam*,
Nos canere non poſſumus.
Meliore canet cantico
Hanc *Daniel* victoriam,
Quod nullam ſui ſyllabam
Proſcripſerit Eccleſia.
Vos vero flete *Bentium*,
Veſtrum flete *Coloniam*,
Alioſque, quorum integra
Proſcripta ſunt volumina.

*F I N I S.*



conquerebantur, Concina ſtatim ac hujus certior eſt factus, *Monitum* (1) edidit, in quo ingenue faſſus eſt, ſe utpote ignarum Hiſpani idiomatis propoſitiones P. *Torrecillæ* adſcriptas, ex libello ſupplici excerpſiſſe, quem curante Card. *Belluga*, *Clementi* primum XI., exin *Innocentio XIII.*, ac poſtremo *Benedicto* XIV. Hiſpaniarum plures Epiſcopi exhibuerant. Quis porro credidiſſet hoſce Præſules incuria laboraſſe, minuſque ſincere in percenſendis P. *Torrecillæ* opinionibus ſe geſſiſſe? Quum vero fama longe lateque vulgaſſet, de innumeris peccatis coram Pontifice fuiſſe Concinam expoſtulatum, quorum vel nulla probare potuerant accuſatores, PP. Societatis, ne ſe injuſte Concinam reprehendiſſe viderentur, *Chriſtianæ Theologiæ* impugnationem aggreſſi clarius illuſtriuſque cauſſæ infirmitatem ſuæ, atque accuſationum ſuarum injuſtitiam patefecerunt. Mirum autem omnibus viſum eſt, religioſos nempe viros, ipſumque Præſidem Societatis Danieli Concinæ tanta confidentia dicam ſcripſiſſe, eumque ceu tantorum peccatorum reum, quæ probare nunquam potuiſſent, ad Pontificem ſapientiſſimum detuliſſe. Ineptum porro, ac ridiculum plane illorum effugium eſt, qui in libello ſupplici aliquot ſolum errata, non vero omnia contenta fuiſſe ſcripſerunt. Cum enim cuilibet oculos habenti compertiſſimum ſit, vel levis admodum eſſe ponderis errata, quæ pro Concinæ damnatione obtruſerunt, quis erit tam ſtupidus, qui vel majora in *Theologia Chriſtiana* peccata reperiri putet, vel horum aliquot a PP. Societatis prætermiſſa imprudenter fuiſſe? Hoc ſane quum multis perſuadere ex ſcripto pertentaſſent, ea plane nullius momenti fuiſſe evidentiſſime oſtendit tum Concina ipſe, tum præcipue *Dinellius* in elegantiſſimis, doctiſſimiſque epiſtolis adverſus P. *Nocetum*, qui ad conficiendam Concinæ aberrationum epitomen delectus, uti ſupra diximus, amariſſime tulit ſcriptionem ſuam non tantum roboris habuiſſe ad implenda vota totius ſuæ Societatis, nempe ad obtinendam Concinianí Operis damnationem. Æquum enim erat, & ſuorum cauſſæ magis proficuum, ſi altum impoſterum tenuiſſent ſilentium, ea etiam de cauſſa, quod Pontifex æquiſſimus, a ſe dictata *Declaratione*, finem concertationi impoſuiſſet. Enim vero qua fortuna cum P. *Nocetus*, tum ejus Socii cenſoriam virgam in *Chriſtianam Theologiam* extenderint, aperiemus, poſtquam ea percenſita a nobis fuerint, quæ P. Nicolao *Ghetio* contigerunt.

## CAPUT XXXI.

*Hiſtoria vulgatæ* Declarationis *a P. Nicolao* Ghetio *S.J. ob librum præpoſtere editum:* De Principiis Moralis Philoſophiæ &c.

QUum hactenus mirati ſimus plauſus PP. Societatis, horumque clamores ob editam a Concina *Declarationem* exaudiverimus patientiſſime, abs re non fuerit pauca dicere de P. Nicolai *Ghetii* S. J. *Declaratione*, cui ſi quis veræ abſolutæque Palinodiæ, ſive, ſi mavis, *Declarationis* nomen indiderit, rectius incorruptiuſque judicaverit. Non equidem id mihi propoſitum eſt, quid *Ghetii Declaratio* contineat fuſe proſequi, ſed Hiſtoriam tantummodo perſtringere, atque aliqua ejuſdem capita, unde illius naturam agnoſcas, indicare. Itaque P. Nicolaus *Ghetius*, poſtquam libro, quod: *De' Principj della Morale Filoſofia*, *riſcontrati co' Principj della Cattolica Religione* inſcribitur, extremam manum impoſuiſſet, optimeque noſſet doctrinam ab ſe traditam a multis haud probatam iri; ut Fidei Quæſitoris Mediolani, ubi vulgandus erat, cenſuram declinaret, aliam a conſueta inire viam ſtatuit, atque ad Clariſſimum Virum Marchionem Joannem Lucam *Pallavicinum*, Jeſuiticæ Familiæ devotiſſimum, qui ea tempeſtate Mediolanum, *Mariæ Thereſiæ*, Auſtriacorum Reginæ nomine, gubernabat, ſupplex acceſſit, oravitque per ſe, ac per patronos, ut ſibi, prætermiſſa Fidei Quæſitoris facultate, ſuum libellum in Ducali Typographia liceret evulgare. Annuit Gubernator PP. Societatis favere ſolitus, ea tamen conditione adjecta, ut prius Opus a *Ghetio* elaboratum Eccleſiaſtici alicujus cenſoris ſuffragio probaretur. Quo facile reperto, Opus prælo ſubjectum eſt. Re ad Fidei Quæſitoris aures perlata, ne officio deeſſet ſuo, præpoſteram libri editionem impediendam eſſe neceſſarium judicavit. Negotium tamen erat periculi aleæque plenum: nam res agebatur cum Regio Typographo. Antequaam vero aggrederetur quidquam, ſupremos in Urbe Judices conſuluit, quorum tamen reſponſa plures recipiebant difficultates, atque nihilo faciliorem reddebant rem. Varias poſt conſulta-

(1) *Extat Tom I.* Apparatus ad Theol. Chriſt. *pag.* 1.

ſultationes, atque media excogitata, in eam ſententiam conceſſit: ad præpoſterum tentamen frangendum, debitamque Eccleſiaſticis Perſonis reverentiam tribuendam, opera utendum eſſe hominis illius, qui ſemet Ghetiani Operis cenſorem creaverat, nulla habita ratione delegationis Fidei Quæſitoris, ad quem cenſores librorum ſpectat deligere. Hunc ergo hominem (is erat Carolus *Guenzati Congreg. Oblatorum Sac. Theolog. Doctor, ejuſdemque Facultatis olim in ſacro Collegio Helvetico Lector*, poſtmodum vero *Parochus in Metropolitana Mediolanenſi Eccleſia*, quemadmodum ejus ſubſcriptio fert) ad ſe vocatum P. *Wahemantius*, tum Sanctiſſimæ Inquiſitionis Commiſſarius, ut vocant, gravi objurgatione increpuit, Romanorumque judicum, quam incurrerat, indignationem expoſuit: oportere propterea ipſum malo mederi dum poterat, ſi declinare quoque eas pœnas vellet, quas æqui illi juxta ac ſeveri Judices intuliſſent. Qua brevi oratione exterritus ſe promtum, paratumque præbuit ad cuncta exſequenda, quæ ille opportuna, atque neceſſaria crediđiſſet. Eo tunc res eſt deducta, ut ipſe apud Gubernatorem ſupra laudatum ageret, unde ab ſe confectam adprobationem ea conditione acceptaret, quaſi Fidei Quæſitoris juſſu condita fuiſſet. Rebus hoc modo compoſitis, *Ghetii* Operis editio continuata, atque abſoluta eſt Mediolani Anno MDCCLII. Malum tamen ab Auctore cœptum conſilium & præpotens agendi modus plures ex S. R. E. Cardinalibus, alioſque vehementem in ſuſpicionem adduxerat librum ejus multiplici indigere caſtigatione. Quare Fidei Quæſitori in mandatis datum, ut illico ejuſdem Operis exemplum Romam tranſmitteret. Ibi judicio ſubjectum hominum ſapientiſſimorum plurimis adeo mendis, ac peccatis ſcatere deprehenſum eſt, ut damnandum procul dubio multi confiderent. At PP. Societatis, ne quid tale accideret, totis viribus laborarunt, cum apud Card. Angelum Mariam *Quirinum*, Sacræ *Indicis* Congregationis Præfectum, tum apud Card. *Landium*, quem politici homines, animorumque perſcrutatores rebus magis aliis, quam animo, Jeſuitarum partibus ſtuduiſſe dicunt. Horum aliorumque patrocinio adjutus *Ghetius* proſcriptionem vitavit, qua profecto dignum fuiſſe, & graviſſima exhibita per eos dies Patribus cenſura invicte demonſtrabat, & ſeveritas ab iis iiſdem in ſcriptores alios, qui tractari longe mitius debuiſſent, adhibita perſuadebat (1). Id unum ergo placuit Patribus, ut *Ghetius* publica *Declaratione*, ac *Proteſtatione* cum errata emendaret, tum dubia, atque artificioſe ſcripta exponeret, atque explanaret. Edidit ergo in vulgus *Declarationem*, ſed ita caute, ut paucis procul dubio innotuiſſet, niſi ſanioris doctrinæ vindices eam denuo impreſſam quaquaverſum vulgaſſent, ſuiſque demum lucubrationibus inſeruiſſent (2). Quare cum ad omnium ma-

nus,

(1) *Vid.* Nouvelles Eccleſiaſtiques *ad A* MDCCLIV. *p.* 185. *&* *A.* MDCCLV. *pag.* 116.

(2) *Hanc* Declarationem *fere totam ſuis in libris, quorum jam meminimus, retulerunt PP.* Patuzzius, *& Bonaventura a* Coccaleo, *qui inſuper perdoctis animadverſionibus demonſtrarunt ingens diſcrimen, quod inter hanc intercedit, atque illam quam Concina edidit. Legi etiam meretur Auctor doctiſſimus libri inſcripti:* Supplemento ai Tomi IV. & V. della *Storia Letteraria d' Italia, vulgati Lucæ A.* MDCCLIV. *Typis Philippi Mariæ Benedini; ibi enim Lib. II. pag.* 232. *& ſeqq. tota* Ghetii Declaratio *recenſetur, illuſtratur, & non ſemel caſtigatur; eamque nos ex eodem tranſcriptam per extenſum heic edimus, ideo etiam quod Commentarii Auctor arcto nimis preſſoque ſtylo ejuſdem meminerit.*

VIII. *Dichiarazione e Proteſta dell' Autore.*

Quando uſcì alla luce il mio Libro intitolato: *De' Principj della Morale Filoſofia, ec...* parve ad alcuni che io aveſſi contravenuto alle Apoſtoliche Conſtituzioni e Decreti, riprovando e cenſurando come erronee alcune opinioni difeſe da Autori Cattolici; e che in oltre nel ſuddetto mio Libro ſi conteneſſero propoſizioni, le quali poteſſero eſſer preſe in un cattivo ſenſo, e non conforme alla ſana Dottrina. Quindi eſſendo pervenute alla notizia della Sacra Congregazione dell' Indice le oppoſizioni fatte al ſuddetto mio Libro, dopo un conveniente, e maturo eſame del medeſimo, ha Ella ſtimato neceſſario, che ſi facciano dall' Autore in alcuni luoghi le dichiarazioni, e mutazioni, che biſogneranno, per mettere a coperto la Dottrina in eſſo contenuta da qualunque contrario ſoſpetto, e preſervare i Lettori da qualſivoglia inciampo, in

cui



nus, notitiamque pervenerit, opus non eſt, ut in ea exponenda ſim longior. Continet hæc XII. capita ſane graviſſima, quæ *Ghetius* vel retractare, vel explicare, aut caſti-

gare

cui potrebbero cadere, ſe non ſi dichiaraſſe meglio dall' Autore il ſenſo, in cui da eſſo ſono ſtate proferire tali propoſizioni: maſſime, che ſi tratta di materie per loro natura aſſai difficili, e ſpinoſe, e queſte trattate vengono nel volgare idioma, talmente che paſſando ſotto gli occhi di perſone imperite nella Theologica facoltà, potrebbero più agevolmente prendere qualche abbaglio. Per obbedire dunque ai venerati comandamenti della Sacra Congregazione, e per manifeſtari i ſentimenti Cattolici, che per Divina mercè nutriſco nella mente, e nel cuore, ho diſteſa la ſeguente Dichiarazione intorno ai luoghi, che per ordine della ſteſſa Sacra Congregazione mi ſono ſtati indicati, la quale voglio, che ſia premeſſa in fronte del Libro, e ſia conſiderata come parte dell' Opera, e che coerentemente ad eſſa s' intenda quanto ſi troverà da me ſcritto nel decorſo del Libro.

1. Dichiaro, che ove nel Dialogo *6.* pag. 150. e ſeg. prendo a confutare l' opinione di que' Teologi, i quali negano, che poteſſe Iddio creare l' Uomo con quell' iſteſſa concupiſcenza, cui naſce ora ſoggetto, non intendo di cenſurare come erronea una tale ſentenza, la quale è ſoſtenuta da' Cattolici, ed inſigni Autori lontaniſſimi dal Gianſeniſmo; nè in altro ſenſo la chiamo Gianſeniana, ſe non perchè venne ſingolarmente adottata da Gianſenio, cui prendo di mira in quel Dialogo, come nel precedente. E così parimenti quanto all' eſpreſſioni, o qualificazioni dure, ed aſpre, che ho uſate trattando di queſta opinione, intendo, e dichiaro, che non riguardino queſta ſentenza in ſeſteſſa conſiderata, che non ſoggiace a cenſura, ma ſolo la maniera, con cui vien difeſa de Gianſenio, e l' uſo, ch' egli ne fa.

2. Nello ſteſſo Dialogo pagg. 157. e 158. chiamo la Concupiſcenza indifferente alla colpa, ed alla virtù, e la raſſomiglio alla Spada, ch' è indifferente all' offeſa, e alla difeſa. Non intendo conciò d' oppormi a Sant' Agoſtino, il quale dimoſtra contro Giuliano, eſſere la Concupiſcenza per sè ſteſſa cattiva; nè contravenire alla definizione del Concilio di Trento, il quale dichara, che la noſtra Concupiſcenza *ex peccato eſt, & ad peccatum inclinat.* La chiamo indifferente alla virtù e al vizio, in quanto non neceſſita a peccare, nè toglie la libertà d' indifferenza al bene, e al male, come vogliono i Novatori, e dà alla Virtù occaſione d' eſercitarſi nel vincerla. Nè in altro ſenſo vuol prenderſi il paragone da me recato della ſpada, il quale aſſolutamente preſo, non è, nè può eſſere proprio, ed adequato.

3. Riprovo ed impugno alla pag. 236. e ſeg., come errore de' Gianſeniſti, l' opinione, che rifonde la riprovazione d' alcuni nel peccato originale, quantunque debba eſſere loro rimeſſo. Ma non comprendo con ciò in tale errore que' Teologi i quali probabilmente difendono, eſſere il peccato originale motivo della riprovazione negativa, anche in que' reprobi, ai quali fu rimeſſo: perchè, ſebbene i Teologi affermano, che per la colpa originale eziandio rimeſſa, ſtabiliſca Iddio di non conferire ai detti reprobi la perſeveranza finale, ch' è un dono, ed un beneficio ſempre indebito, non negano però in Dio la ſincera volontà di ſalvar tutti, nè dicono co' Gianſeniſti, che li priva d' ogni Grazia attuale neceſſaria per ben operare, e li laſcia in quella fatale neceſſità di operar male, che ſecondo Gianſenio è l' effetto del peccato originale. Qua è l' errore da me combattuto in quel Dialogo, non già l' opinione acennata di ſopra.

4. Alla pag. 288. dico poterſi diſputare tra' Cattolici, ſe S. Agoſtino abbia ammeſſa, o nò la Grazia neceſſitante, il che vuole intenderſi per modo e figura di conceſſione, e d' ipoteſi; coſicchè abbia queſto ſenſo: Quand' anche diſputare lecitamente ſi poteſſe tra' Cattolici, ſe tal Grazia ſia ſtata ammeſſa da S. Agoſtino, non può nondimeno recarſi in dubbio, ſe ſia ſtata proſcritta dalla Chieſa, da cui debbono i Gianſeniſti più che da Sant' Agoſtino prendere la deciſione della loro Cauſa. Ma per togliere ogni equivoco, ed oſcurità al mio ſentimento, confeſſo, non poterſi dubitare da verun Cattolico, ſe S. Agoſtino abbia, o nò ammeſſo una Grazia, che tolga il libero arbitrio: perchè eſſendo ſtata nelle materie importanti ed eſſenziali della Grazia adottata la di lui Dottrina dalla Chieſa, ſiccome non può diſputarſi, ſe queſta

ammet-

gare coactus eſt; atque ea inprimis, quæ in D. Auguſtinum aliosque PP. irreverenter

prorſus ac falſo protulerat. At nihilominus poſt graviſſimos admiſſos errores inſigni elo-

gio

ammetta, o nò la Grazia neceſſitante; così memeoto S. Agoſtino può metterſi in dubbio da alcun Cattolico, che abbia riprovata la Grazia neceſſitante. Tale è ſtato realmente, ed è il mio ſentimento. Contutto ciò, perchè non mi ſono ſpiegato colla dovuta chiarezza, anzi la mia propoſizione, *prout jacet*, può avere cattivo ſenſo, voglio, ed intendo, che la medeſima non ſi prenda, ſe non nel ſenſo predetto.

5. E'ſembrato a taluno, che alle pag. 295., 300., e 318. io metta in dubbio, ſe la Dottrina di S. Agoſtino in materia della grazia ſia ſtata approvata della Chieſa. So, che nella materia della Grazia è ſtata ſempre dalla Chieſa in forma ſpeciale, e ſuperiore agli altri Padri lodata, commendata, e ſeguita la Dottrina di S. Agoſtino, e che da ſuoi Scritti contro i Pelagiani, ed altri Eretici ſono ſtati bene ſpeſſo tratti i Canoni e Decreti de' Concilj, e de' Sommi Pontefici appartenenti a tal materia. Con tutto ciò mi pare, che da queſto non s'inferiſca, che tutto ciò, che trovaſi ne' medeſimi Libri di S. Agoſtino, indiſtintamente, e ſenza alcuna limitazione o reſtrizione s'abbia a conſiderare quaſi un Dogma Cattolico, ed un Articolo di Fede; coſicchè non ſia lecito ad un Cattolico ſcoſtarſi dalla di lui opinione e dottrina in qualunque punto non deciſo dalla Chieſa, ma tuttavia nelle Scuole diſputato, e controverſo. Tale, e non altro è ſtato, ed è il mio ſentimento circa la Dottrina di Sant'Agoſtino, che ſarà ſempre da me venerata con quel riſpetto, che merita *per sè* ſteſſa, e per il giudizio, che ne ha portato in tutt'i ſecoli la Cattolica Chieſa.

6. Pare altresì, che nel Dialogo 8. del libro 2. io cenſuri, come Gianſeniano, il ſiſtema di que' Teologi, che riponendo l'efficacia della Divina Grazia nella Dilettazione celeſte ſuperiore di gradi alla terrena, rigettano nondimeno le cinque Propoſizioni di Gianſenio, e che in oltre io dica, eſſere un tal ſiſtema eſpreſſamente condannato dalla Chieſa. So che vi ſono Autori Cattolici, i quali ammettendo, che nonoſtante qualunque dilettazione ſuperiore, che ſi trova nell'anima, la medeſima ſia ſempre fornita di libertà d'indifferenza, e d'una vera attiva potenza alla parte oppoſta, talmente che ai Giuſti non ſiano mai impoſſibili i Divini Precetti, nè manchi loro la Grazia, per cui ſi rendono loro poſſibili, difendono come Cattolico il ſuddetto ſiſtema, intorno al quale non ha ſinora proferito la Chieſa alcun giudizio. Per conſeguenza quanto ho detto in tutto quel Dialogo, per moſtrare la conformità di queſto ſiſtema colla dottrina di Gianſenio, e cogli errori contenuti nelle cinque Propoſizioni, mi proteſto, e dichiaro averlo detto *argumentandi gratia*, come ſi pratica nelle Scuole, dove impugnando la ſentenza contraria, ſi procura, per via di diſcorſo Teologico, dimoſtrare, che la medeſima abbia conneſſione e affinità con qualche Dottrina proſcritta dalla Chieſa; ma non ſi pretende perciò, che tale opinione rimanga già proſcritta. Avverto pertanto il Lettore, che in queſto ſenſo ſolamente intendo, che ſia preſa la taccia di Gianſeniano da me data in quel Dialogo al mentovato Siſtema.

7. Affermo alla pag. 433. eſſerſi inſegnate da molti Santi Padri opinioni contrarie al naturale diritto; ma non ho inteſo di affermare con ciò, che i Santi Padri abbiano inſegnate opinioni o contro i primi principj del jus naturale, o contro le concluſioni proſſime ed immediate, che dallo ſteſſo derivano, il che ſarebbe irreverenza, e temerità. Il ſentimento mio deve reſtringerſi alle coſe, che riguardano le concluſioni remote, intorno alle quali durano anch'oggi varie diſpute fra' Scrittori Cattolici, mettendoſi molte volte in queſtione fra i Teologi, e Canoniſti, ſe una tal coſa ſia proibita dal Jus naturale, o dal Jus divino poſitivo, oppure dal ſolo Jus eccleſiaſtico. Riſpetto a tali concluſioni remote, che deduconſi dal Jus naturale, potendo darſi ignoranza invincibile, ho preteſo di parlare nell'accennato luogo del mio Libro. Di queſte, ed in queſto ſenſo bramo, che ſia ſpiegato ed inteſo da chi lo leggerà.

8. Tutto ciò, che alla pag. 557. ho ſcritto dell'Anima Mondiale, voglio che s'intenda cattolicamente, (*come mai Dio buono!*) non giammai nell'ovvio, e reo ſenſo de' Poeti, e Filoſofi da me lodati: imperciocchè, ſebbene coll'affermare, che IDDIO

E'VE-



gio celebratus eſt a P. Franciſco Antonio *Zaccharia*, qui ſicut omnes Societatis ſcriptores,

ſeque ipſum in *Litteraria Hiſtoria* laudat & extollit, ita Vol. 4. P. I. p. 148. *Ghetium* appel-

lare

E'VERA FORMA, E VERA ANIMA DEL MONDO, io mi ſia ſervito di tali termini nel ſenſo metaforico ed analogico, non già nel proprio e naturale di tali vocaboli; nè altro io abbia inteſo di dire, ſe non che Iddio è cauſa univerſale, efficiente, infinita, la quale coll'intima ſua preſenza, immenſità, e concorſo immediato dà propriamente, e veramente ad ogni coſa l'eſſere, il moto, e la vita; nulladimeno, perchè mi ſono confuſamente ed oſcuramente ſpiegato, rifiuto, e rigetto ogni modo di dire, che ſembrar poſſa favorevole al Siſtema de' Stoici, riprovato dalla Cattolica Religione.

9. Riferiſco alla pag. *866.* la Lettera di S. Agoſtino a San Girolamo, nella quale afferma il Santo Dottore, eſſere ſtata a'ſuoi tempi quiſtione, ſe in qualche caſo ſia lecito all'Uomo dabbene e Criſtiano la bugia officioſa; e conchiude, che in pratica può ciaſcuno ſeguire quella parte che vuole. Da ciò non parmi, che ſegua, aver io ſtimato, che Sant'Agoſtino dia per lecito l'uſo della bugia officioſa; mentre ho ſempre tenuto, e tengo per certiſſimo, che il Santo Dottore ha inſegnato eſpreſſamente il contrario nel ſuo libro *De mendacio*, e nell'Enchiridion, in cui vi è il riſtretto del medeſimo Libro. Dico pertanto, che nel luogo da me citato, ha voluto il Santo Dottore accennar ſolamente per modo di conceſſione, che quantunque della ſuddetta opinione penſar poteſſe ciaſcuno, come più gli piaceva, non perciò diſputar ſi doveva, ſe i ſagri Autori aveſſero qualche volta mentito, ch'era il punto della ſua controverſia con S. Girolamo.

10. Ho ſcritto alla pag. *962.* avere generalmente in tutte le materie morali più d'autorità i Teologi del noſtro Secolo, che i Teologi degli antichi Secoli, ancora più luminoſi; ed alla pag. *970.* valere più nelle materie ſpettanti alla coſcienza un buon Sommiſta, che tutt'i Padri. Non vorrei, che da ciò s'inferiſſe, avere io ſentimenti poco riſpettoſi ai Padri, e Teologi antichi. Tengo, e dichiaro, che in peſo d'autorità i Padri debbono aſſolutamente preferirſi ai Caſiſti, o Sommiſti del noſtro Secolo, come parmi eſſermi eſpreſſo alla pag. *963.* Ma perchè alcune quiſtioni morali o non furono trattate *ex profeſſo* dai Padri, e più diligentemente furono eſaminate dai Teologi poſteriori, ſu la ſcorta però ſempre della loro autorità, e dottrina, o perchè varie altre appartenenti al Jus Eccleſiaſtico, per le Nuove Leggi, e varia diſciplina della Chieſa, non potevano ſaperſi, e trattarſi dai Padri, e Teologi antichi; dico, doverſi in queſte conſultare i moderni Dottori; e in queſto ſolo ſenſo concedo ai ſecondi qualche ſorta di preferenza ſugli Antichi.

11. Alla pag. 858. ho dato per fatto notiſſimo, che prima della naſcita del Gianſeniſmo, cioè a dire per un Secolo quaſi intiero, tutte le Univerſità, tutte le Scuole, tutti i Teologi, e tutti i Veſcovi, che di tal tempo trattarono di queſte materie, tutti d'unanime ſentimento inſegnarono lecito l'uſo dell'opinione meno probabile. Un tal fatto vien da me aſſerito ſu la fede ed autorità del P. Des-Camps nel ſuo Libretto intitolato *Quæſtio Facti*. Ma perchè ſento, che gravi Autori l'hanno poſto in dubbio, ed altri hanno procurato di moſtrarne l'inſuſſiſtenza, non eſigo maggior fede al mio detto di quella, che merita il fatto medeſimo, e l'autore, da cui l'ho preſo. Avverto inoltre, che non ho inteſo di dire, che tutti i Teologi, che hanno viſſuto in quel periodo di tempo, abbiano tenuto, ed inſegnato il Probabiliſmo: perchè ſiccome tra gli Scrittori, che gli avevano preceduti, ve n'erano ſtati indubitatamente de' contrarj al Probabiliſmo, così niuno può aſſerire, che tutti abbiano preferita l'opinione de' Scrittori loro contemporanei a quella degli Antichi. Ho inteſo dunque di parlare di quelli, che in detto ſpazio di tempo hanno ſtampato libri; e quanto a queſto fatto pure, laſcio il ſuo luogo alla verità.

12. Nel Dialogo 6., ed 8. è ſembrato ad alcuni, che io dia la taccia di Rigoriſta, e Gianſeniſta a tutti gl'Impugnatori del Probabiliſmo. Ma per dir vero, Rigoriſti io chiamo ſoltanto quelli Antiprobabiliſti, i quali facendo ſempre tra le opinioni ſcelta di quelle, che ſono più rigide, ancorchè molte volte non ſiano le più ſode, e le me-

glio

lare non veretur: *Gran Filoſofo, bravo Teologo, e feliciſſimo ſponitore de' ſuoi concetti.*

Inter cætera vera P. *Ghetii* peccata, unum eſt, quod ad rem noſtram facit. Extat hoc

in

glio fondate, ſi pregiano di profeſſare una Morale ſevera e rigida, biaſimando, e cenſurando ſempre come laſſe, e irragionevoli l'altrui ſentenze, quantunque fondate talvolta ſu buone, e ſode ragioni. Tra i Gianſeniſti poi non è mai ſtato mio intendimento d'annoverare tanti Probabilioriſti Cattolici di varj Iſtituti, e della ſteſſa mia Compagnia, che nulla certamente hanno di comune cogli errori di quel Partito. Una tal nota pretendo ſoltanto darla ai Seguaci di Gianſenio, i quali per colorire la loro pertinace diſubbidienza alle Deciſioni della Chieſa, ed alle Apoſtoliche Coſtituzioni, e per accreditarſi in qualche modo nel pubblico, hanno affettato il titolo di Difenſori della Morale ſevera, ed hanno dichiarata una guerra aperta al Probabiliſmo.

Nel fine dell'opera inſtituiſco un paragone tra il Probabiliſmo, e i Dogmi della Fede, e tra l'arti de' Probabilioriſti, e quelle de' Novatori. Or dichiaro, che un tal confronto non è adequato; nè intendo di paragonare ai Novatori, ed alle malizioſe loro arti i Probabilioriſti Cattolici, ma i ſoli Gianſeniſti, e qualunque altro, che imitaſſe i maligni e biaſimevoli loro artifizj.

Finalmente proteſto, che ſe per entro il mio Libro s'incontraſſe qualche altra eſpreſſione meno cauta, e moderata, o qualche cenſura troppo acre delle opinioni delle Scuole Cattoliche, alle quali profeſſo tutta la dovuta ſtima, intendo di rivocarla, e di ſottomettermi al giudizio della Chieſa, ed ai ſentimenti della Santa Sede Apoſtolica, di cui ſono ubbidientiſſimo Figlio.

IX. Queſta è la *Dichiarazione e Proteſta*, che in adempimento de' ſupremi comandi della Sacra Congregazione dell'Indice, a' quali s'aggiunſero pur gli ordini del ſuo Generale, pubblicar dovette il P. Niccolò Ghezzi, toccante alquanti errori de' principali che contiene la ſua Opera. Diſſi *de' principali*, giacchè molti e molti altri abbagli ed aſſurdità in quella s'incontrano, e ſi ponno facilmente diſcuoprire dagl' intendenti, da' quali la Sacra Congregazione non ha ſtimato quel pregiudizio poter derivare ne' ſemplici, che dagli altri compreſi e ſpecificati nella Dichiarazione. Fra le tante altre ſtravaganze che vi ſi trovano, accennar voglio ſol queſta a miei Leggitori. Alla pag. 1005. così il P. Ghezzi ragiona pel ſuo *Teotimo* (chi le dice sì tonde come coſtui, veramente τὸν Θεὸν τινὰ?) „ Del rimanente, a dir vero, que' pochi „ Teologi, che da un ſecolo in qua hanno preſo a combattere il Probabiliſmo, ben „ poſſono contarſi per nulla a petto dell'autorità di tutti gli antichi ſecoli della Chie„ſa, in cui nel darſi lecito l'uſo delle opinioni probabili, mai non trovaſi fatta la „ reſtrizione alle opinioni ſoltanto notabilmente prevalenti in probabilità, e del ſecolo „ dopo il Medina, quando cominciatoſi a diſtinguere nelle Scuole tra più e manco „ probabile, da tutti i Dottori inſegnoſſi, da tutti i Confeſſori ſeguiſſi, e da tutti i „ Fedeli praticoſſi il ſolo Probabiliſmo, e ciò in faccia alla Chieſa, ſenza che la „ Chieſa abbia mai reclamato per diſingannare i ſuoi Figliuoli da un errore sì comu„ne, e sì funeſto. Una autorità di queſta fatta (meſſe ancora da parte tutte l'altre „ ragioni sì concludenti a favore del Probabiliſmo) una tale autorità, dico, ben è ba„ſtevole a fondare una aſſoluta moral certezza della di lui verità. " Ed ecco con sì bel modo provato, che chi opera giuſta i dettami del Probabiliſmo, opera con *Morale Certezza*, con *quella appunto*, che di ſopra aſſerì il P. Ghezzi, *richiederſi* da' ſoli Gianſeniſti, e che *tutti i Cattolici negano eſſere neceſſaria*, *ec.* Ma ſe queſto degno Religioſo ne aveſſe dette ancor di più tonde, e di peggiori, e più pernicioſe, che le notate nella *Dichiarazione*, ſi ſarebbe nulla oſtante dimoſtrato allo Storico ſuo Confratello (pag. 148.) *un Gran Filoſofo, Bravo Teologo, e Feliciſſimo Sponitore de' ſuoi concetti*. Tal' è l'applauſo fra gli altri che fa a queſt' Opera e all' Autor ſuo, come già dicemmo, lo Storico; e avvertaſi che, quantunque non ſian poſte *per modo di annotazioni ſotto al teſto*, giuſta la regola che ſi è prefiſſa nella Prefazione a queſto volume, (pag. IX.) devonſi tali eſpreſſioni a lui attribuire, e ben ſi vede, che gli uſcirono propriamente dal cuore. Ma come ſarà poſſibile, che lo Storico abbia

bia



in Dialogo VI. & VIII., in quibus tetram Rigoriſtarum Janſeniſtarumque notam Probabiliſmi oppugnatoribus appingit. Quam propoſitionem explanare modis omnibus conatus eſt. Alii videant, num quæ profert in ſui excuſationem a Romanis Judicibus coactus, conſilium ejus poſſint contegere. Probabiliſtis ſane ætatis noſtræ familiare eſt,

eos

bia a rattenerſi mai ſempre dentro gli anguſti confini che ſi è prefiſſo, ſenza che gli traſcorra un ſol paſſo, qualora maſſimamente in alcuno sfogo di amicizia e fraterna Carità venga a rompere riguardo all'opere, o alle opinioni di alcuni ſuoi Confratelli, come di ſopra col ſuo *Amico* P. Venturi, e quivi col P. Ghezzi ha praticato? S'egli però non ne può a meno, la faccia pure con buona pace, ch'io per me non ſono sì indiſcreto e *ineſorabile*, che ad un giogo così duro e importabile aſtringer lo voglia. Altro bel tratto del noſtro Storico ſtimo bene di riferire, per cui dà contezza del Dialogo VIII. ch'è l'ultimo del primo tomo, in cui ſotto il titolo di *Gianſeniſmo traviſato* ſi propone il Cattolico Siſtema dell' Agoſtiniana Scuola, e il P. *Reggente*, come vedemmo, ci vien per queſto appunto introdotto, qual Interlocutore. „ Noi quaſi vorremmo (così lo Storico pag. 147.) „ ch'egli aveſſe tralaſciato queſto Dialogo, non perchè crediamo, ch'egli non tolga „ con buon ſucceſſo a queſto *Gianſeniſmo traviſato* la maſchera; non perchè non re„putiamo con eſſo lui, che ſia più da temere tal *Gianſeniſmo*, maſſimamente per l' „ Italia, che l'altro aperto de' *Gianſeniſti* Oltramontani; non perchè il P. Ghezzi „ niente più dica, che detto hanno ſu queſta materia il *Tournely* Dottor *Sorbonico*, e „ 'l grande Arciveſcovo di *Cambray*, e l' *Arciveſcovo di Vienna nel Delfinato*, ed altri „ molti inſigni „ (oh queſto epiteto ci va a meraviglia!) " Veſcovi e Dottori di *Fran„cia*; ma perchè il contrario partito potrebbe facilmente ſollevargli contro una fiera „ burraſca. Vorremmo almeno, ch'egli in queſto Dialogo, e sì pure nel quinto " (ove c'entra un *Monaco*) „ certi Interlocutori non aveſſe introdotti, da che potrebbe alcun „ ceto di perſone, e qualche Scuola, o a torto, o a ragione, reputarſi aggravata ed „ offeſa. Ma checchè ne avvenga, è da deſiderar ſommamente che ſenza ſpirito di „ paſſione ſi diſamini da tutti queſto Dialogo. " Si conſoli però lo Storico, che queſto appunto ſi è fatto, com'egli pur bramava, dalla Sagra Congregazione dell'Indice (ch'ei non dirà mai ſi laſci portare da *ſpirito di paſſione* in ſomiglianti giudizj,) di quel Dialogo non meno, che di tutta l'Opera del ſuo P. Ghezzi: e ſiccome ſopra alcuni abbagli ed errori più rilevanti di quella, così ancor ſopra queſto, che il ſoggetto forma di tutto quel Dialogo, e che tanto è ingiurioſo non che alle Scuole Cattoliche, alla Santa Sede medeſima, da cui in più Decreti, e Coſtituzioni affatto immuni dichiarati vennero dalla nota di *Gianſeniſmo*, ed eſenti da ogni condanna i loro Siſtemi, obbligato fu l'Autore dalla ſteſſa S. Congregazione a *dichiararſi* nella forma preſcritta, che in buon ſenſo vuol dire a *ritrattarſi* pubblicamente. Ecco dove andò a terminare il *checchè ne avvenga* dello Storico, e i timori ch'egli moſtrò avere ſin d'allora di qualche brutto accidente, o *Fiera Burraſca* all'Opera del ſuo Confratello. Di tutto però il ſucceſſo a queſti fatale non vorrà di preſente il P. Storico accagionarne la *Condizione de' tempi*, o i maneggi del *contrario Partito*, da che in ſomiglianti giudizj non ſuole eſſer condotto quel ſupremo e integerrimo Tribunale; ma ſibbene gli errori notabili, le ardite e ſtrane propoſizioni, le ſentenze erronee e falſe, che in quell' Opera ſi trovan difeſe, delle quali più d'una v'ha, che dagli ſteſſi ſupremi Tribunali di Roma negli anni addietro venne proſcritta. *Merito*, potrà adunque dire anch'egli, (Geneſ. 42.) *merito hæc patimur .... idcirco venit ſuper nos iſta tribulatio*. Reſterebbemi alcuna coſa a dire ſopra la lunga nota, che nella pag. 142. e ſegg. inſerita venne dallo Storico; ma ſenza ch'io vi getti il tempo, baſterà a rimoſtrare la ingiuſtizia e la inutilità delle poche cenſure che ivi fa al P. Berti, il ſolo conſultare, com'io feci, il di lui *Ragionamento Apologetico* alla pag. 77. e ſegg. e il Tomo I. della ſua Apologia, Diſſert. II. cap. I. nn. X. XI. e XII. Io prego i miei Leggitori di farlo, e reſteranno molto meravigliati della franchezza dello Storico in replicatamente inſorgere contro il P. Berti, per coſe in cui è già ſtato convinto pienamente, e ſopra le quali più non dovrebbe zittire.

eos omnes tanquam *Janſeniſtas*, & *Rigoriſtas* traducere & infamare, qui caſtiorem, verioremque ethicen docent. Hinc neceſſe eſt, ut coerceantur identidem hujuſmodi ſcriptores, qui nulla de cauſſa quamfacillime probos doctoſque viros hac infamia immaniter diſcerpunt. Id quidem plures ex Societate homines auſi ſunt, a quibus cæpta eſt hæc hæreſis, cum primum damnata fuit, plurimum adjuvari. Nam quæ odio, ut par erat, habita ab omnibus fuiſſet, eorum opera in viros Catholicos, & egregios ſcriptores malitioſe translata exui quodammodo deformitate cœpit, & minus quam re ipſa eſt, pernicioſa judicari. Hac ſane ratione Moliniſtæ ad extremam piis doctiſque ſcriptoribus conflandam invidiam, quos repudiato, ut licet ac decet, *Molina*, doctrinam tueri videbant Auguſtinianam, atque in moribus illam, quam Chriſtus in Evangelio, SS. PP., ac tutiſſima ratio ſuadent, & præcipiunt, eos omnes *Rigoriſtas*, atque *Janſeniſtas* appellare non dubitarunt. Hoc tantum malum, cui plures Pontifices obviam iverant, admodum promovit P. *Decolonia* S. J. in *Bibliotheca Janſeniana*, in qua omnium Ordinum multos & magnos viros Janſeniſtis annumerando, hæreſim deterrimam multo maxime illuſtrem reddidit, effecitque, ut Janſeniſtæ, ſi qui tamen ſunt, quod negant viri doctiſſimi, jactare poſſint, ſe cum præclaris inſignium ſcholarum alumnis commune habere fatum & cauſſam, ut præclare animadvertit *Romanus Philalethes* (1). Hic interim fuit exitus Ghetii Dialogorum, pro quibus edendis primum, exin ne proſcriberentur, ut boni doctique viri deſiderabant, cælum terræ miſcuit Societas tota. Propoſitum certe fuerat illorum Auctori cunctos caſtigatioris doctrinæ vindices, ac præcipue Concinam, cujus libros ferebat ægerrime, infamia notare, & nigra Rigoriſtarum Janſeniſtarumque calumnia diſcerpere, niſi hominis licentiam, licet mitius, Romani Judices coercuiſſent. Cæterum antequam palinodiam Ghetius caneret, illius Dialogos jam excuſſerat, atque graviter perſtrinxerat ipſe Concina in libro *De revelata Religione* adverſus Atheos alioſque hujuſce furfuris viros.

## CAPUT XXXII.

*De ſcriptionibus PP. Jacobi* Sanvitalis, *Caroli* Noceti, *Philiberti* Ballæ *aliorumque S. J. adverſus* Theologiam Chriſtianam, *&* Epiſtolas Theologico-morales, *deque iis, quas Concina ipſe*, Patuzzius, Dinellius *aliique iiſdem objecerunt.*

PRopoſitum erat hoc loci cæteras Concinæ lucubrationes referre; ſed quum antea percenſendæ ſint variæ Jeſuitarum adverſus *Chriſtianam Theologiam* ſcriptiones, ideo Hiſtoriam modo eorum comprehendam quæ eximii Operis editionem conſecuta ſunt, dicturus inde de poſtremis Concinianis libris. Referam pariter ſcriptiones adverſus *Epiſtolas Theologico-morales* a *Patuzzio* editas, eaſque ſimul, quas impavidus vir non in ſui tantum, quam Concinianæ Theologiæ apologiam deinceps evulgavit. P. Jacobus *Sanvitalis* præter omnium expectationem primo Eraniſticas epiſtolas exagitare præſumpſit, edidítque in vulgus hoc opuſculum: *Lettere Teologico-morali a difeſa* della Storia del Probabiliſmo *eſaminate, e dimoſtrate infette di falſità*. In Trento A. MDCCLII. Quod deinde cum aliquibus additionibus Tridentini & Lucæ A. MDCCLII. denuo editum eſt. Inde duo alia edidit opuſcula adverſus *Theologiam Chriſtianam*, quorum primum hunc titulum habet: *Raccolta ſeconda di varie propoſizioni eſtratte da' Tomi di certa Teologia intitolata:* Criſtiana Dogmatica-Morale, *ed impugnate come oppoſte al vero*. In Lucca A. MDCCLII. Per Giuſeppe Salani e Vincenzo Giuntini; alterum vero hanc epigraphen præfert: *Oſſervazioni rimarcabili ſui due ultimi Tomi undecimo, e duodecimo di certa Teologia intitolata:* Criſtiana Dogmatica-Morale. 8. In Lucca A MDCCLIII. Superiori anno prodierat Romæ inſcriptio quædam infamis in hæc verba: *Supplementi di alcune propoſizioni eſtratte dalla* Teologia Criſtiana *del famoſiſſimo P.* Concina, *e da aggiugnerſi alla Ritrattazione pubblicata dal medeſimo in Roma ec.* Excudebant Romæ ad Minervam A. MDCCLII. Hæredes *Dominici Stringigulæ*. Quibus poſtremis verbis, ut Concina animadvertit (1) D. Patriarcham Dominicum, SS. Inquiſitionis auctorem, carpit homo, cui periit frons. Hoc enim ſupremum Fidei Tribunal ſicam diſtrictam, & carnificinam Hæretici Tranſalpini vocant. Ad hanc Hæreticorum phraſim alludens hujuſmodi libelli auctor *Dominicum* ſtringere gulam ait, ejuſdemque filios appellat *Hæredes Dominici Stringigulæ*. P. Franciſcus Antonius *Zaccharias* ea impudentia, verborumque acerbitate, qua priora Concinæ ſua in Hiſtoria exceperat volumina, eadem in cætera intemperantiſſimam criticen perpetuo exercuit. His omnibus aliiſque ſcriptis Concina nihil reſpondit, tum quod non ſatis cauſſæ putabat eſſe, quare a gravioribus rebus animum avocaret, tum quod optime ſciret non defuturos, qui ſui vindicias aggrederentur. Adverſus *Sanvitalem* primo prodiit liber ita inſcriptus: *Note anticritiche di Eudoſſo Filenio ſulla riſpoſta del M. R. P. Giacomo* Sanvitale *alle Lettere Teologico-morali di Euſebio* Eraniſte. 8. In Trento (Lugani) MDCCLII. Exinde epiſtolæ tres vulgatæ ſunt cum hoc titulo: *Lettere di Adelfo Cariteo e Filarmindo Arenio ſul libretto pubblicato in riſpoſta alle Lettere Teologico-morali di Euſebio* Eraniſte. In Trento MDCCLIII. Primam, ac tertiam ex his Epiſtolis ſcripſit Paullus *Patuzzius*, P. Pii Vincentii *Patuzzii* germanus Frater, & Concionator hac noſtra ætate clariſſimus. Quis autem ſecundæ Epiſtolæ auctor ſit, mihi fateor incompertum. Id cuique præjudiciis vacuo clarum eſt, hoſce duos ſcriptores admirabili elegantia, ac eximia doctrina *Patuzzii* arcto preſſoque calamo vindicias agere, & P. *Sanvitalis* inſulſitates, atque mendacia ad miraculum demonſtrare. *Sanvitalis* hiſce quoque epiſtolis voluit occurrere, ſed vix conſarcinato libello die 4. Auguſti, homo ſummis maximiſque pro probabiliſtica doctrina perfunctus laboribus, mortuus eſt: alicujus apud poſteros celebritatis futurus, ſi decem annos ante obiiſſet. Vitam ejus prægrandi volumine complexus eſt vir eruditiſſimus Joannes Andreas *Barottus*, Bibliothecarius Ferrarienſis, qui tamen de libris a *Sanvitali* adverſus Concinam alioſque ſcriptis altum ubique ſilentium tenuit; veritus, ut ego quidem interpretor, ne, vel illorum titulis recitatis, pleraque magna & mira, quæ de eo narravit, fidem omnem amitterent. Tam præclara tamen ſunt, atque nota, quæ patravit P. *Sanvitalis*, miracula præter omnium conſuetudinem Sanctorum, ut ominari omnino fas ſit, hæc eadem Apotheoſim impeditura, quam ipſi *Barottus*, PP. Societatis jure ſtudioſiſſimus, præparavit. Poſt *Sanvitalis* mortem, lucem vidit reſponſio ab eodem modo memoratis epiſtolis facta, ſed perſonarum nominibus adeo deformatis, ut non inepte quidam ſcripſerit, fuiſſe eam a *Sanvitali* obſcuro in loco confectam, in quo perſpicilla nanciſci non potuerit; ita enim titulus eſt: *Lettere de' Signori* Arideo, *e* Filarmondo Arenio *eſaminate, e dimoſtrate infette di falſità*. In Lucca MDCCLIII. per Giuſeppe Salani, e Vincenzo Giuntini. Quæ quidem lucubratio, aliaque omnia hujuſce viri de Probabilitate Opuſcula nulla alicujus arte, ſed ſe ipſis perierunt, nullamque aſſecuta ſunt hominum recordationem. At P. *Patuzzius*, quo ſui epiſtolas & nomen, atque Concinæ Probabiliſmi Hiſtoriam, & *Theologiam Chriſtianam* vindicaret, ſexdecim alias elaboravit Epiſtolas adverſus *Sanvitalis*, *Zaccharia*, aliorumque cenſuras. Quæ dum ederentur P. Carolus *Nocetus* Jeſuita, cujus a nobis ſupra mentio eſt habita, adverſus *Theologiam Chriſtianam* primam Operis ſui partem edidit ita inſcriptam: *Veritas Vindicata, ſive permultæ ſententiæ Auctorum Societatis Jeſu in* Theologia Chriſtiana Dogmatico-morali *minus ſincere relatæ, ſuæque integritati a quodam ejuſdem Societatis Theologo reſtitutæ*. 4. Lucæ A. MDCCLIII. typis Philippi Mariæ Benedini; atque iterum Romæ, & Venetiis MDCCLVII. ex Typographia Remondiniana, ac demum in Hiſpania, uti dicemus. Hoc in libro *Nocetus* magnam operam poſuit, ut Concinæ elevaret fidem, atque eo in *Libello Supplici*, Romano Pontifici exhibito, non omnia graviſſima Concinæ errata contenta fuiſſe demonſtraret. In Operis Præfatione iniquiſſimam calumniam recoxit, quam jampridem San-

(1) *Latet ſub hoc nomine vir cl. P. Thomas Auguſtinus* Ricchinius, *qui A.* MDCCL., *quo erat Sac. Congregationi* Indicis *a Secretis, vulgavit epiſtolam ita inſcriptam:* Romani *Philalethis* ad Theologum *Lovanienſem Epiſtola* de juſta *Bibliothecæ Janſenianæ* proſcriptione. *Eſt autem ſcripta adverſus epiſtolam quandam larvati e Societate hominis, qui, aſſumta Doctoris Sorbonici perſona, dum* Ricchinium *laceſſere videri vult, atque inſectari, viam ſibi & improbo cuique patefecit ad ipſam Cardinalium Congregationem* Indicis *& Pontificem O. M. per latus adminiſtri impune feriendum. Ementitus hic* Doctor Sorbonicus *cum* Ricchinium, *tum quoque Concinam contumelioſe habuit in altera Epiſtola apologetica, quam omni poſthabito pudore in Ricchinium deinceps ſcripſit.*



(1) *In Libro de* Spectaculis Theatralibus *in Parergo pag. XLIV.*

*Sanvitalis*, aliique ſcriptores, ac demum tota Societas in Concinam intorſerant; ipſum ſcilicet in ſua *Theologia Chriſtiana* exſcripſiſſe *quidquid falſo & maledice* contra Societatem ſcripſerunt *Paſchalis*, *Wendrochius*, Henricus *a S. Ignatio*, & Vincentius *Baronius*. Quod ſi verum fuiſſet, ſupervacuum omnino erat, ut *Nocetus* tantopere laboraret in auferenda quacumque a Concina fide. Sat enim ſuperque fuiſſet illorum *maledicorum* hominum proferre ſententias, cumque Concinianis conferre, quo modo de *Chriſtiana Theologia* actum fuiſſet. Quod cum millies dixerint PP. Societatis, nunquam vero nec ſemel probaverint, teterrimam jam conſtat calumniam eſſe, ad extremam Concinæ conflandam invidiam excogitatam. *Noceti* itaque liber, ut dixi, editus eſt dum jam fere *Epiſtolarum Theologico-moralium* editio ad finem properaret. In eum proinde *Patuzzius* animadverſiones ſcripſit, adjecta Epiſtolis *Appendice*, in qua, ſi quid eſt in *Nocetii* libro alicujus momenti, convulſum, ac confutatum pleniſſime apparet. Epiſtolæ ergo vulgatæ ſunt cum hoc titulo: *Lettere Teologico-morali in continuazione della difeſa della Storia* del Probabiliſmo, e Rigoriſmo ec. *del P. Daniello* Concina, *date in luce da Euſebio* Eraniſte. *Si aggiungono alcune oſſervazioni ſul nuovo libro pubblicato col titolo di* Veritas Vindicata. 8. Tom. II. In Trento (*Venetiis*) MDCCLIII. His in epiſtolis *Patuzzius* cum ſui nomen, atque doctrinam, tum vero Concinianam *Hiſtoriam Probabiliſmi*, atque *Theologiam* ſumma eruditione, doctrinæ ſoliditate, omni denique pondere theologicæ rationis acerrime & fortiſſime defendit, tantoque in lumine *Sanvitalis*, ſociorumque ejus objectorum falſitatem collocavit, ut jam abſolutam concertationem eſſe doctis hominibus videretur. Cum vero PP. Societatis *Noceti* librum maxime laudarent, atque Romæ, aliiſque in urbibus viris nobilibus impertirent, P. Vincentius Maria *Dinellius* Ordin. Præd., Theologus Caſanatenſis, illius confutationem optimo conſilio ſuſcepit, atque edere Romæ Ann. MDCCLIII. epiſtolas cœpit ita infraſcriptas: *De Danielis* Concinæ *in indicandis, deſcribendiſque Caſuiſtarum locis ſumma fide, ac diligentia Epiſtolæ*. Quæ quidem decem numero Romæ primum editæ, Venetiis poſtmodum curante Simone *Occhio* ſimul collectæ prodierunt A. MCCCLIV. in iiſque incredibiles comminationes, peccata, inſulſitates, & mendacia putidiſſima Caroli Noceti, deteguntur, caſtigantur, & diſſipantur. Ex his autem cum tertiam *Benedicto XIV. Dinellius* offerret, quæſivit ab eo Pontifex: putaret ne omnia poſſe defendere, quæ Concinæ fuerant objecta, uti promiſerat, & falſa demonſtrare? Cui cum nihil hæſitans reſpondiſſet: omnino, paucis exceptis, in quæ facile labitur vel unius libelli ſcriptor, falſa omnia & ad libidinem conficta ſe demonſtraturum: *gratulamur*, inquit Pontifex, *optimo viro, de cujus probitate, atque innocentia nunquam ſane dubitavimus* (1). *Nocetus* inde magna ſui Operis parte diſſipata, aliam editionem Romæ curavit eodem A. MDCCLIII. typis Generoſi Salomoni, & quo *Dinellium* a ſevera, quam in prima epiſtola animadverterat, ſui Operis critice atque confutatione revocaret, in hanc quoque epiſtolam ſuas animadverſiones novæ editioni adjecit. Atqui conſilium ejus optime *Dinellius* ſubodoratus callidum eluſit hominem, & Concinianæ fidei, atque integritatis vindicias ad finem uſque, doctis viris plaudentibus, perſecutus eſt. Quæ Epiſtolæ per Galliam, Germaniam, Hiſpaniamque vulgatæ, & diffuſæ Concinianum nomen, atque doctrinam uberrime illuſtrarunt. *Noceti* vero ſocii alia ex parte *Dinellium* a moleſto ſibi propoſito ſuſceptiſque vindiciis revocare pertentarunt. Plures nempe equites, nobileſque viros, apud quos ille gratia valebat plurimum, obſecrarunt, eorumque precibus implorarunt fidem, ut *Dinellio* perſuaderent, ne ultra Concinæ apologiam ageret. Quod hi eo modo, eaque ſupplicationis compoſitione executi ſunt, ut *Dinellio* potius id, de quo requirebantur, proderent, quam quod efficaciter aut illud ſe velle, aut ſe cupere a longe demonſtrarent (2). Erat ſane iniqua res, Concinæ Apologiſtas exturbare, ut ipſi interea commodius lacerare, ac diſſipare eum poſſent. P. *Ravagus* Jeſuita, ut diximus, Hiſpaniarum Regi a Confeſſionibus, P. Caroli *Noceti* librum ſumtibus ſuis in Hiſpania, ubi ſum-

(1) Dinellius *Epiſt.* 10. *De quo equidem teſtimonio, vivente Pontifice a* Dinellio *relato, dubitare nefas eſſet.*

(2) *Id memorat Auctor ſupra cit. animadverſionum ad Epiſt. Ab.* Covet, *obſervatione A. ad Epiſt. III. pag.* 161.



ſummo in pretio erat *Theologia Chriſtiana*, imprimendum curavit. Tum Dominicani doctiores, ac præcipue PP. *Hernandezius*, *Puga*, ac *Llobettus*, vitæ ſanctitate, atque doctrina ſpectatiſſimi, prælo & ipſi ſubjecerunt *Dinellii* Epiſtolas *Matriti typis Franciſci Saverii* Garzia *in via Capellanorum*, adjectis inſignibus cenſorum teſtimoniis, quorum partem heic afferre nec inutile, nec injucundum lectoribus fuerit (1). Quæ qui-

(1) *P. Jannes Antonius* Ponce *Ordinis Minimorum.*
Jam vero ſi materiem ſpectes, non ea tenuis quidem aut ullo modo deſpectui habenda, ſed admodum ſublimis, ſi quæ alia forſan. Non enim privatam quamque cauſſam auctor agit, aut unius duntaxat hominis, quantumlibet celebratiſſimi, nomen, honorem, famamve vindicat, ſed publicam, ſed communem, quaque, me judice, ni egregie fallar, nulla alia communior, nulla hominum inſtitutis magis propria, aut Religioni noſtræ plus eſſe poſſit conſentanea. Dum enim haccine in Epiſtola Danielem *Concinam* vindicandum aſſumit, quid aliud ſane agit, quam ut divinæ, humanæque leges ſartæ tectæ ſerventur, pura vigeant hominum inſtituta, incurrupti in Chriſtiana Republica mores perſiſtant? Quid tandem? Ut ubique gentium lex Domini ſancta, & immaculata, eloquiaque caſta, integræ ſacrorum canonum ſanctiones, Conciliorum intemerata decreta, inviolata Pontificum ſtatuta cordibus fidelium omnium alte infigantur, ac in eorum vita, moribus, inſtitutis, & actis, ſine errorum nævo, ſine vitiorum labe reſplendeant? Quod aliud, amabo, Danielis *Concinæ* ſtudium, quæ alia tanti viri contentio, quid in tot, tamque præclaris editis a ſe libris ſcopus alius, niſi ut jura omnia, legeſque omnes, quibus humana ratio regenda, mores hominum moderandi, quibus Chriſtiana Reſpublica continenda, univerſaque Dei Eccleſia ornanda, & illuſtranda eſt, nativæ puritati reſtitueret, ac propriæ rectitudini, qua per ſe potiuntur, modis omnibus redderet? Proinde igitur unius hominis cauſſa, eadem totius Chriſtianæ gentis una eſſe videtur, quæque pro uno Daniele *Concina* defenſio inſtituta fuerit, ſeverioris Eccleſiæ diſciplinæ, ac vetuſtorum canonum, legumque ſanctarum reparatio non abs re judicabitur. Norat integerrimus hic vir, zelo Religionis ſuccenſus, corrigendorumque morum deſiderio flagrans, norat ſane, quam eſſet difficile, ut divinæ legis lucerna mentes hominum illuſtraret, dum laxarum opinionum tenebræ penitus non excuterentur ... Noverat hæc, inquam, graviſſimus Theologus, quem Danielem *Concinam* intelligi volo: nec modo noverat, ſed ſæpe ſecum tacita mente volvebat, opiniones, quas jam noſtra ætate infinitas propemodum eſſe conſtat, ſpecioſa divinæ legis allevandæ cauſſa excogitatas, Evangelicique jugi leniendi ergo adinventas, eſſe profecto nihil aliud, quam ſpatioſa retia ad illigandas animas, quam ampliſſimos laqueos ad eaſdem implicandas. Perpendebat, cœleſtem portam quæ ducit ad vitam, ore veritatis anguſtam, ex hominum deterrimis flagitiis anguſtiorem, ex nimia tandem, quod ad mores attinet, opinandi prurigine anguſtiſſimam in dies effici ... Quid hæc, atque alia infelicis conditionis hominum damna, animarumque incommoda, ſecum ſedula meditatione verſans piiſſimus Theologus, quid, inquam, ſalutis hominum cupidiſſimus *Concina* faceret? Taceret ne? Diſſimularet ne? Forſan aliquantiſper tacuit, ac diſſimulavit aliquando, ut conceptum ſermonem opportunius depromeret, ut altius ſine ceſſatione clamaret, & quaſi tuba exaltaret vocem ſuam, vocem utique ſalutarem, vocem revera Evangelicam, Deique miniſtro dignam. Clamavit tandem, pravos hominum mores objurgando, vitiaque ardenter ſuggillando, deviantes a vero opiniones nervoſe refutando, indulgentes juſto nimis libertati ſtudioſe coercendo, divinis, humaniſque legibus modo quoque vim importantes, aut earum nitorem deturpantes ſolide refellendo. Hæc, aliaque id generis ut præſtaret, tot conſcriptis libris clamavit, neutiquam vero, ut Chriſtianos ſcriptores injuriis appeteret, ſalibus morderet, conviciis laceſſeret, non ut Catholicos magiſtros erroris nota inureret, aut doctos viros cenſura ulla gravaret, vitiis quippe hominum, eorum item erratis, non hominibus ipſis, bellum indixit.
P. Euſebius a *Quintana*, Clericorum Regularium P. Minorum Ex-Provincialis Doctor Complutenſis, Concionator Regius, atque Examinator Synodalis Archiepiſcopatus Toletani.

Sum-

quidem de Concinæ virtutis doctrinæque præſtantia teſtimonia ab hominibus profecta, quibus Concina neque injuria, neque beneficio, ſed libris tantum erat cognitus, maximi ponderis ſunt, & ab inimicis, atque incurioſis laudum eludi difficulter poſſunt. Sui quoque cauſſam Concina adverſus *Nocetium* egit, atque epiſtolas octo elaboravit cum hoc titulo: *Ad R. P. Carolum* Nocetium *epiſtolæ octo de ſingularibus argumentis in ejuſdem libro inſcripto:* Veritas Vindicata *contentis. Accedunt opiniones laxæ quamplurimæ ex variis Caſuiſtis collectæ. Item cenſura R. P. Euſebii* Amort, *Canonici Lateranenſis in* Theologiam *moralem R. P. L. C. Item Epiſtola Nona ad eumd. P.* Nocetium *de nonnullis ejuſdem Antithetis in Epiſtol. II. P. M. Dinellii*. Quæ a Concina multo ante compoſitæ Anno ſolum MDCCLV. vulgatæ Venetiis ſunt apud Simonem *Occhi*; nam PP. Societatis, faventibus maximeque ſubſidium eorum patronis ferentibus, obtinuerant, ut nihil amplius a *Concina* ac *Patuzzio* ſcriptum Venetiis vulgaretur. Angebantur interea animo PP. Societatis, & *Epiſtolarum Theologico-moralium* fortunam, quam ubique experiebantur, ferebant ægerrime. *Sanvitalis* ſcriptiones nec minimum earum pretium imminuerant, imo potius auxerant dignitatem. Qui ipſorum partibus ſtudebant, neminem adhuc alicujus ponderis illis præbuiſſe reſponſum mirabantur, & illarum vim atque robur non aſſecuti perfecte, eos hortabantur, ut tandem aliquando dignum aliquid promerent, quo ſe ſe extricare poſſent, iiſque reſpondere a quibus premebantur. Preces, atque exhortationes hujuſcemodi non in irritum ceſſere. Duos poſt annos ab illarum evulgatione P. Philibertus *Balla* Pedemontanus, in Taurinenſibus Scholis Societatis Rhetor exercitatus, optatiſſimam reſponſionem afferre Eraniſticis epiſtolis cœpit, P. *Gagnæ* apologia præcipue ſuſcepta. *Ballæ* Operis inſcriptio hæc eſt: *Riſpoſta alle* Lettere Teologico-morali *del P. N. N. ſotto il nome di Euſebio* Eraniſte. In Modena MDCCLIII. & MDCCLIV. atque iterum *Venetiis* MDCCLV. *apud Remondinum*, cui editioni addita eſt *Epiſtola V.* de qua, poſt pauca, ſermo inſtituetur. Initio duas Epiſtolas P. *Balla* in vulgus edidit, inde alteram poſt duos menſes; optimo profecto artificio, quod aliis pleriſque ejuſdem ſociis admodum placuit & profuit. Hæ enim parvæ molis ſcriptiunculæ & commodius emuntur, & leguntur, atque hoc modo pleroſque delicati animi viros decipiunt, qui alicujus voluminis libros tamquam infenſiſſimos valetudinis inimicos refugiunt. Hiſce quatuor epiſtolis P. *Balla* ſubruere, atque convellere tentavit, quæ *Patuzzius* primis in Epiſtolis longa & firma oratione adverſus P. Gaſparem *Gagnam* diſputaverat. Quod ut præſtaret cunctas Rhetorum artes in ſui ſubſidium vocavit; eo quidem eventu, ut felicius cæteris quibuſcumque ſociis ſuis pugnaverit, cum nihil tam incredibile ſit, quod veritatis ſpecie aliqua veſtiri haud poſſit, illoſque decipere, qui in externo hærent verborum cortice, & ſcrutari librorum viſcera aut dedignantur, aut id præſtando minime idonei ſunt. Ii proinde, qui *Sanvitalis* libellos laudaverant, quantopere *Ballæ* plauſerint, conjicere pronum eſt. Creverat uſque adeo rumor & plauſus, ut P. *Patuzzium* cauſſa cecidiſſe non pauci dicerent; docti vero homines *Ballæ* ingenium atque calliditatem, *Patuzzii* autem inconcuſſas, nullaque expugnabiles arte epiſtolas prædicarent. Revera P. *Patuzzius* libentiſſime in arenam adverſus Ballam deſcendit; iis etiam permotus multorum vocibus, qui mirum nihil eſſe dictitabant, ipſum eundem de ſene illo Jacobo *Sanvitali* tam egregie triumphaſſe. Ergo quo materiam verſaret uberius, diſtinctiuſque, ſexdecim ſcripſit epiſtolas, quas edidit cum hac epigraphe: *Lettere Teologico-morali in continuazione della difeſa della Storia del Probabiliſmo, e Rigoriſmo ec. del P. Daniello* Concina, *ovvero confutazione della Riſpoſta pubblicata dal* M. R. P. B. *della Compagnia di Gesù contro i due primi tomi delle Lettere di Euſebio* Eraniſte. 8. Tom. II. In Trento (Venetiis) Ann. MDCCLIV. Ut totis ingenii viribus deſperatam cauſſam ſuſtinere conatus fuerat P. *Balla*, ita pari contentione *Patuzzius* optimam ſuſtinuit, & fortiſſime Rethoris hominis cuniculos & technas patefecit, disjecitque grandi ingenii ſui, & doctrinæ commendatione. Dum porro hæ epiſtolæ ſub prælo ſudarent, *Quartam* edidit *Epiſtolam* P. *Balla*, cujus præcipua capita *Patuzzius* (1) adjecta iis Appendice, optimo ſucceſſu excuſſit, atque demonſtravit clariſſime, obnubilari quidem aliquando veritatem, opprimi vero atque extingui nunquam poſſe. Cæteras *Patuzzii*, aliorumque lucubrationes in Concinæ apologiam editas poſt percenſita ejuſdem Opera memorabimus.

Summa cum voluptate legi, & frequenter cum profectu lego, *Theologiam* vere *Chriſtianam*, aliaque Opera aurea Danielis *Concinæ* Ord. Præd. In his vir clariſſimus ſæpe provocat, ut vel unum verbum, non dicam contumelioſum, ſed vel minus officioſum erga perinſignem Societatem, ejuſque præclaros ſcriptores, a ſe dictum objiciant, quod præſtare nunquam potuerunt ... Legi quoque librum, cui titulus: *Veritas Vindicata*, maximo ſtudio elucubratum ab eloquentiſſimo Carolo *Nocetio* S. J. Nuperrime vero, ſupremo jubente ſenatu, legi epiſtolas primam & ſecundam diligentiſſimi P. Vincentii Mariæ *Dinellii*, Cathedratici Caſanatenſis ejuſdem Ord. Præd. Et certo affirmo, ſecundam poſt primæ iteratam impreſſionem, non modo poſſe denuo cudi; ... ſed etiam, ut mea fert ſententia, iterum, iterumque vulgandam, ut ſartus, tectuſque ſit pientiſſimi doctiſſimique Theologi honor, & quod caput eſt, ut Opus auro, cedroque dignum, qualis habetur laudata *Theologia Chriſtiana*, fugatis alienis nebulis, ſplendidiore luce perfruatur. Iſtud eſt, clamante conſcientia, judicium meum. Sic ſentio coram Deo, & ſic pro veritate profiteor coram hominibus.



## CAPUT XXXIII.

*Adverſus* Spectacula Theatralia *& Catholicæ Religionis hoſtes libros duos vulgat.*

ANno itaque MDCCLIII. Venetiis Typis Simonis *Occhi* bonæ frugis opuſculum vulgavit ſic inſcriptum: *Iſtruzione de' Confeſſori, e dei Penitenti per amminiſtrare, e frequentar degnamente il SS. Sagramento della Penitenza*. Hoc imperitiſſime more ſuo *declamationem* appellavit *Ephemeridum Venetarum* ſcribillator (2). Periculi inde plenum argumentum Concina verſandum ſumſit; pugnam ſcilicet aggreſſus eſt in *Theatralia Spectacula*, quæ moribus hominum noxia quam maxime ſpiritualis doctrinæ Magiſtri ſemper judicarunt. Quamquam porro cognoſceret non defuturos ſibi adverſarios quamplurimos, quo tamen Chriſtianorum ſaluti conſulendi deſiderio ferebatur, quocumque pedibus timore ſubjecto, diſſertationes tres accuratiſſime conſcripſit, editque ſic inſcriptas: *De Spectaculis Theatralibus Chriſtiano cuique tum Laico tum Clerico vetitis Diſſertationes duæ. Accedit Diſſertatio tertia de Presbyteris perſonatis*. 4. Romæ A. MDCCLIII. ex Typographia Apollinæa apud Hæredes Jo: Laurentii Barbiellini. Probatum Opus doctiſſimorum ſuffragiis virorum Cyrilli *Riga*, Thomæ Mariæ *Mamachii*, Petri Franciſci *Fogginii*, ac Hieronymi *Bugatti* dedicatum eſt Præſuli præclariſſimo Andreæ *Majoral*, Archiepiſcopo Valentino, cui quam gratum, acceptumque extiterit, epiſtola ejuſdem declarat ad Concinam data (3). Hoc in libro, qui cæteris hoc de argumento editis abſolutior illuſtriorque merito habetur, quam Chriſtianorum moribus officiant, quamque fugienda ſint Theatralia Spectacula, magna eruditionis copia, atque doctrina demonſtrat. Diſſertatione I. (4) in examen vocat Ludovici Ant. *Muratorii*, & Marchionis Scipionis *Maffei* ſententias, quorum alter in libro de *Publica Felicitate*, alter vero in *Theatro Italico* licitum quidem comœdiarum, fabularumque uſum voluerunt, ſed caſtigatione tantum hodierna dramata indigere faſſi fuerant. Quod conſilium quam vanum ſit, quamque chimæricum, Concina oſtendit, ac præcipue rectam Sanctorum Patrum mentem adverſus *Maffejum* exponit. Extat quoque in hac prima Diſſertatione (5) confutatio cujuſdam Italicæ Orationis in mimicæ artis laudem editæ a Joanne *Blancho*, ſive ut ipſe nominari vult, *Jano Planco* Medico Ariminenſi. Qui omnium ſapientum, ſi qui tamen erant, riſu & joco in magna hominum frequentia Antoniam *Cavallucciam* mimam pro concione laudavit, tantoque honore verborum mimicam artem proſecutus eſt, atque concives ſuos adhortatus ad eandem pro viribus excolendam, ut triſtes mœrenteſque ex conventu diſceſſerint Ariminenſes, veriti, ne Janus, Æſculapio valedicto, mimicæ arti nomen

(1) *P.* Patuzzii *ad* Ballæ *Epiſtolas Reſponſiones ignoraſſe videtur Com. Jo: Maria* Mazzuchellus *in art. P.* Balla *Operis inſcripti:* Scrittori di Italia; *nam, reſponſionibus Patuzzii ad IV. priores Ballæ epiſtolas ſilentio involutis, animadverſiones tantum memorat a Patuzzio adverſus V. Ballæ epiſtolam vulgatas.*

(2) Novelle della Repubblica delle Lettere *ad A.* MDCCLIV. *pag.* 91.

(3) *Epiſt. XXXIX. pag.* 60. (4) *Cap. XII.* (5) *Cap. XXIX.*

men daret. Cæterum totum argumentum tam uberrime, tam docte pertractavit, ut ejus inimiciores cum non multa, quæ reprehenderent, haberent, plurima vero egregia nanciſcerentur, hæc ex aliis ſcriptoribus ipſum mutuaſſe ſcriptitaverint. Ante hoc adverſus Theatra Opus jam elaboraverat, ſuadente *Benedicto XIV.*, alterum *de Revelata Religione* in Atheos alioſque, quod confectum ab ipſo A. MDCCLII, nonniſi poſt duos annos vulgatum eſt cum hac epigraphe: *Della Religione Rivelata contro gli Ateiſti, Deiſti, Materialiſti, ed Indifferentiſti Libri cinque.* 4. Tom. II. In Venezia appreſſo Simone Occhi A. MDCCLIV. Magnum in hujus Operis editione dedit Concina patientiæ documentum. Inſcripſerat iſtud *Carolo Emmanueli*, Regi Sardiniæ ſemper Auguſto. Tum vero juxta morem nuncupatoriam epiſtolam Regis ejuſdem Adminiſtro Romæ degenti tradiderat, ut videret, num ad tanti Regis majeſtatem ſcripta crederetur. Hic eandem P. Julio *Cordaræ*, Jeſuitæ Subalpino, quemadmodum ſolebat, communicavit. Qui occaſione arrepta Concinæ patientiam fatigandi ſe illius cenſorem adeo moroſum præbuit, ut eandem Concina ſæpius refingere, ac mutare coactus ſit, atque ita ultra undecim menſes Operis ſui protrahere evulgationem (1). Ad iſtius tandem confecta arbitrium, Opus vulgatum eſt, & Sapientiſſimo Regi admodum probatum (2). Quamquam ego librum hunc inter illuſtriora Concinæ Opera cenſere non auſim, ſua tamen haud carere utilitate indubium eſt. Ut cæteræ Concinæ lucubrationes, ſic etiam iſthæc Probabiliſtis diſplicuit. Maledicentiæ cauſſam ipſis fortaſſe dederit Operis iſtius liber IV. in quo veriſſime ex Heterodoxorum etiam hominum ſententia demonſtrare nititur: Evangelicæ ethices corruptionem ad incredulitatem perducere, in eamque corruptæ doctrinæ magiſtros toto pondere ferri. Cum vero in libro hujuſce Operis quinto binas Lud. Ant. *Muratorii* propoſitiones in Opere *de vera Chriſtianorum devotione* contentas defendiſſet adverſus Benedictum *Plazza*, A. MDCCLV. hic in Concinam Panormi evulgavit epiſtolam, cui P. *Preſtius* Ord. Præd. eodem anno reſpondit.

## CAPUT XXXIV.

*Cardinalis Thomæ Mariæ* Ferrarii *Vitam ſcribit, & ſui Librum de* Spectaculis *Theatralibus a Scipionis* Maffei, *& P.* Blanchi *Minoritæ criminationibus vindicat.*

ANno inſequenti ab memorati Operis evulgatione, *Benedicto XIV.* rem gratam facturus, Cardinalis Thomæ *Ferrarii* ex Ord. Præd., olim ejuſdem Pontificis præceptoris vitam tribus libris complexus eſt, atque eidem inſcriptam edidit cum hoc titulo. *De Vita ac rebus geſtis P. Thomæ Mariæ* Ferrarii *Ord. Præd. S. R. E. Cardinalis Tituli S. Clementis Libri tres.* 4. Romæ A MDCCLV. apud Hæredes Jo: Laur. Barbiellini. Ægre hunc Commentarium tuliſſe multos exploratum eſt; continet enim præclara hominis geſta, qui caſtioris ethices vindex, & Sinenſium rituum impugnator extitit acerrimus. Sed ægrius etiam tuliſſent, ſi ita uti a Concina conſcriptus fuit, lucem vidiſſet. At malo plane fato nobilior ex eo pars ablata fuit (3), ea ſcilicet, in qua Concina præclaris monumentis oſtendebat quantopere Cardinalis doctiſſimus laboraſſet, ne Pontifex *Clemens XI.* Conſtitutionem illam, *Bulla Unigenitus* nuncupatam, quæ jugis Romanorum Pontificum ſollicitudinis fons fuit, & Gallicanæ Eccleſiæ turbarum cauſſa, evulgaret. At de præclara *Ferrarii* in eo negotio opera altum ſilentium Concina, ablata ex ejus autographo integra narratione rerum, ſervare coactus eſt, nihilque proferre potuit præter pauca verba quæ hujuſmodi ſunt (4): *Altera, quæ Sedem Apoſtolicam*



(1) *Id clare cognoſcitur ex teſtimonio, quod de Danielis Concinæ virtutibus ſcripſit Marchio Aloyſius* Capriata, *qui ad illius finem hæc de re modo narrata ſcribit:* La pazienza in eſſo ebbe un gran luogo, ed occaſione d' eſſere eſercitata, ſe non altro in undici meſi, che aſpettoſſi l' accettazione del *Re di Sardegna* per eſſergli dedicata *l' Opera contro gli Increduli*, e dovette comporre almeno cinque o ſei dediche, prima che s' incontraſſe il genio di queſto Miniſtro, o per meglio dire del *P. Cordara* Geſuita, con il quale tutto quanto conſultava il Conte di *Rivera* Miniſtro, ed il buon Geſuita tirava a ſtancare il P. *Concina*, affinchè deſiſteſſe dall' impegno ec.

(2) *Epiſt. XLVI. pag.* 79. *& XLVII. pag.* 80.

(3) *Vide præter alios Auctores* Ephemeridum Eccleſiaſticarum *ad Anno* MDCCLV. *pag.* 116.

(4) *Lib. II. Cap.* 6. §. XI



*ſollicitam habuit controverſia*, de Queſnellianis propoſitionibus *fuit; quarum examini, ac ſedulæ diſcuſſioni vires omnes ac labores intendit Noſter, & diu noctuque animum appulit. Scripta prolixa edidit ſumma doctrina, & ampla eruditione referta; eoque in pretio habita ab eodem Summo Pontifice* Clemente XI., *ut poſt obitum Dei Servi, omnia ſibi tradi, veluti opulentiſſimum theſaurum, interpoſito præcepto, voluerit.* Quorſum hæc ſpectent, harum ſtudioſi rerum, quibus hæc ſcribimus, facile dignoſcent. Quamquam etiam non deſunt ſcriptores, quorum opera Cardinalis doctiſſimi ea in cauſſa labores poſteritati narrati ſunt. Reſtat modo, ut de apologetico Opere a Concina edito adverſus Scipionem *Maffejum* & P. *Blanchum* diſſeramus. Ac in primis placet admonere quantum invidia, atque partium ſtudium poſſint. Jam enim valido, ac vehementi ſtylo adverſus Theatralia Spectacula ſcripſerant pii doctique homines, inter quos *Boſſuetus*, *Mariana*, *Lamius*, *Vulpius*, *Duguetius*, *Segnerius*, *Nicolius*, *Lanfredinius*, *S. Carolus Borromæus*, aliique, quin ullus unquam aut iis acerbe contradicere auſus fuerit, aut bellum atrox indixerit. At erga Concinam diverſo plane modo res ceſſit. Truces in eum criminationes ubique vulgatæ, & mordaciſſimæ ſcriptiones, aliaque hujuſmodi, quaſi mimos, horumque ſtudioſos vellicando orbis deſtructionem meditatus fuiſſet, hominesque cunctos in eremum voluiſſet conjicere. Neque heic conſtitere criminationes, ſed publicis monumentis litterarum ab iis Concina impugnatus eſt, qui nervis omnibus pro Inſtituti ratione vindicias ejus agere, optimamque cauſſam ſuſtentare debuerant. Itaque non multo poſt editum de *Theatralibus Spectaculis* librum P. *Blanchus* Ordinis Minorum, vir ex bello, quod cum Petro *Jannonio*, celeberrimo Neapolitano Juris Conſulto, geſſit, notiſſimus, Arcadis nomine, *Paſtor Lauriſo*, adſcito, quod proprio decertare rem nimis indecoram, atque indignam putaret, Conciniani Operis impugnationem non eſt veritus evulgare cum hoc titolo: *Dei vizj, e dei difetti del moderno Teatro Ragionamenti ſei.* 4. Roma MDCCLIII. Anno eodem *Maffejus* impugnationem ſui ab Concina factam decrevit expendere, atque librum vulgavit ſic inſcriptum: *De' Theatri antichi, e moderni Trattato.* In Verona. In quo Concinam amariori ſtilo eſt inſectatus, eumque tum aliarum rerum, tum præcipue antiquitatum ignarum perpetuo traduxit. Verum cavere in primis ipſe debebat, ne dum Concinam imperitiæ arguit, eſſe ipſe antiquitatum Chriſtianarum minus peritus videretur; rebus enim claris atque perſpicuis neque confidentia offundi tenebræ, neque noctes, ut ita loquar, contumeliis conviciiſque obduci poſſunt, quemadmodum præclare more ſuo monet P. *Mamachius* (1). Minoritæ porro ſcriptoris, atque *Maffei* ſcopus is eſt, ut velint: Theatra, quæ hodiernis diebus in uſu ſunt, utpote veteribus caſtigatiora frequentari poſſe: Patres eadem damnaſſe propter idololatriam atque impietatem: qui aliter arbitretur cinicum hominem, atque rigidum Theologum habendum eſſe. His, aliiſque momentis ſcriptores iſti, cum iiſque alii ſatis multi mimorum mimarumque patrocinium ſuſtentari poſſe ſibi in animum induxere; & Concinam probris appetiverunt, quod tam dulce ſolatium, animiſque fatigatis levamen auferre conſtituiſſet. Non tamen defuere, qui ejus propoſitum collaudarent, atque in primis Jo: Antonius *Vulpius*, cujus hoc de argumento extat ad Concinam elegantiſſima epiſtola (2). Alii vero Conciniano Opere perluſtrato ſcenicas repræſentationes ultro interdixerunt (3), uti declarabimus. Neque ſane aliter judicare poteſt, qui ad horum temporum Italorum comœdias paululum reſpexerit; tot enim futilibus, ineptis, inurbanis, frigidiſque jocis abundant, ut nihil aliud propoſitum habere videantur, niſi cachinnum pueris, & mulierculis, aut hominum fæci viliſſimæ riſum quacumque ratione excitare. Sunt alia plura ſpecie venuſtatis, elegantiæ, leporis, humanitatis fallentia, inſidiarum plena, veneni ac peſtilentiæ, quibus Poetæ nequam hoc tempore gratiam populi aucupantur, & moribus perniciem inferunt. In hac ſchola virgines docentur a teneris unguiculis inceſtos amores meditari: hic adulteriorum exempla proponuntur: diſcunt enim quomodo cuſtodum & mariti cura falli poſſit, quomodo admittendi amantes, qua ratione ſpecies quædam pudicitiæ ſervanda ſit, ac ſimul remotis arbitris libidini atque intemperantiæ fræna laxanda. Quæ omnia non dicam jam in *Fagiolii* comœdiis,



(1) Origin. & Antiquit. Chriſtian. *lib. III. pag.* 143.

(2) *Epiſt. XXXIV. pag.* 51. (3) *Epiſt. XLVIX. pag.* 82.

mœdiis, quæ obſoleverunt, ſed & in iis obſervare licet, quas duo notiſſimi ævi noſtri Mimographi Petrus *Clarius*, & Carolus *Goldonius* compoſuerunt; quos tamen homines quidam Theatrorum reformatores, atque magiſtros præclariſſimos appellare haudquaquam dubitant. Nævis, ac periculo non carent fabulæ nemorenſes, ſeu paſtoralia dramata ad muſicam accommodata. Poematum hoc eſt genus corruptiſſimum; in quo pietas, innocentia, ac virtus a perſonis colloquentibus deridetur, & peccandi licentia ſemper colore aliquo excuſatur, vel jocis, & facetiis obtegitur. Hac de cauſſa merito apud probos, & frugi viros vitio non carent cujuſdam celeberrimi Dramatologi Tragœdiæ, quem ego quidem proprio nomine appellarem, ac reprehenderem, ſi non ita multos amatores haberet. Quæ omnia cum ita ſint, atque a ſano homine in dubium vocari non poſſint, mirari ſubit cur Concina, qui pro viribus peſtem hanc e Chriſtiana ſocietate extirpare cogitaverat, tam acriter, ac ſevere exceptus ſit. Veronenſes præ cæteris quamplurimi Scipionis *Maffei* ad miraculum ſtudioſi, Concinæ ſcriptionem deteſtati ſunt, ejuſque vel caſtigatiſſimos ſenſus injuriæ loco conſpexerunt. Philippus Roſa *Mirandus* Theonino dente Concinam momordit, ejuſque in *Maffejum* cenſuras ſummam in invidiam apud Gurcenſem Epiſcopum adducere conatus eſt. Qui hujuſce poetæ furorem ultra noſſe deſiderat, dedicationem legat, quam ipſe Tragœdiæ ſuæ, *Teonoe* nuncupatæ, præfixit, & Veronæ edidit A. MDCCLV. typis Antonii *Andreonii*. Neque hic conſtitit Veronenſium in Concinam tumultus. Horum non pauci collectionem quandam adverſus Concinam, alioſque religioſiſſimos Cœnobii S. Anaſtaſiæ Viros meditati ſunt, cui titulum hunc indiderant: *Impoſture, villanie, e ſtrapazzi ſparſi nelle Opere del P.* Concina, *ec.* cujus quidem collectionis paginas aliquot editas fuiſſe, ac poſtmodum ſaniori conſilio ſuppreſſas indubium eſt. Curam hanc peſſimam ſibi ſumpſerat quidam Deſideratus *Pindemontius*, homo in litteraria Republica obſcuriſſimus, & rabidus, ſed edentulus oſor Dominicanorum; Maffejo autem adeo addictus, ut librum, quem ille evulgare erubeſcebat, ipſe proprio nomine ediderit (1). Cæterum qui *Maffei* modeſtiam, atque urbanitatem in Concinam noſcere volunt, curioſitati ſuæ abunde facere ſatis poſſunt, cum memoratum adverſus Concinam librum perlegendo, cum alterum *La Magia annichilata* inſcriptum, ubi Lib. III. cap. ultimo clariſſime adparet qua moderatione Chriſtianum Theologum Marchio hic, atque Eques reprehendere auſus ſit. Franciſcus quoque *Seguierius* Nemauſenſis, *Maffei* aſſecla, Tomo V. periodici Operis, quod inſcribitur: *Memorie per ſervire*, Epiſtolam inſeruit, in qua homo Botanicus præclara magiſtri ſui cenſet facinora, ejuſque *de Gratia*, *Uſura*, & *Theatris* libros prædicat, atque extollit. Ejuſdem Operis Tomo II. Anonymi Epiſtola recitatur, in qua dum *Maffei* pro Theatris Tractatus in cœlum effertur, Concina ad imum deprimitur, & plurimis oneratur maledictis. Hunc caſtigavit ipſe Concina; ſtrophas hujuſmodi diſſimulare alioquin ſolitus (2). In tanta tamen adverſantium turba Concina ſibi non defuit, ſed apologiam Operis ſui adverſus *Maffejum*, & *Blanchum* alioſque contexuit, atque *Benedicto XIV.* inſcriptam cum hac Epigraphe vulgavit: *De' Teatri Antichi, e Moderni contrarj alla profeſſione Criſtiana Libri due del P. Daniello* Concina *in conferma delle ſue Diſſertazioni* de Spectaculis Theatralibus *alla Santità di N. S.* Benedetto XIV. 4. In Roma MDCCLV. preſſo gli Eredi Barbiellini. Quod Opus gravi admodum, & vero encomio celebravit Petrus *Morettus*. Hoc porro in Libro Concina *Maffei* & *Blanchi* effugia, quamvis in priori



(1) Riſpoſta univerſale alle oppoſizioni fatte alle Opere del Signor Marcheſe Maffei. *Prodiit ineunte A.* MDCCLIV. *Continet autem hic Liber, qui perpetuo argumentum omnium maximum litterariæ philautiæ a mortalibus ſpectabitur, laudes omnes & elogia, chronologico ordine digeſta, cum typis edita, tum mſſ., queis Scipio* Maffejus *ornatus eſt. Mirum profecto equitem hunc, cui alioquin litteræ multum debent, tanta cenodoxia laboraſſe, & tot elogia, quæ apud ſe ſervabat, in manus hominis conjeciſſe nullius in Republica litterarum nominis! Quis vero non miretur* Pindemontium *talem hunc congeriei laudum titulum indidiſſe, ac eſſe ratum ſatis ea eſſe factum viris præclariſſimis, a quibus* Maffejus *egregie caſtigatus eſt? Novum ſane in cenſuras genus reſponſionis, omnibus antea inauditum temporibus.*

(2) *In Appendice ad librum* De Teatri antichi, e moderni contrarj ec. *pag.* 343.



jam libro detecta, atque convulſa, uberius, ſolidiuſque confutavit. Poſtremum a Concina editum opuſculum impugnationem continet Diſſertationis cujuſdam Romæ a PP. Societatis publice propoſitæ (1), cujus Auctor contendit: peccatoribus in eadem flagitia frequenter relabentibus eſſe adminiſtranda Pœnitentiæ, & Euchariſtiæ ſacramenta, quoties Sacerdoti exomologeſin excipienti ſiſtunt ſe, atque dicunt, ſe vere dolere de admiſſis criminibus, ac impoſterum abſque Divini Numinis offenſione vitam acturos. Huic doctrinæ ab unanimi hominum cœtu propoſitæ Concina ſeſe oppoſuit in Diſſertatione, cujus hic eſt titulus: *Fr. Danielis* Concinæ *Ord. Præd. De Sacramentali abſolutione impertienda, aut differenda Recidivis Conſuetudinariis Diſſertatio Theologica ad Eminentiſſimum Nerium Card.* Corſinium, *ejuſdem Ordinis Patronum vigilantiſſimum*. 4. Romæ MCCCLV. apud Hæredes Jo: Laurentii Barbiellini. Probata eſt Diſſertatio hæc a viris doctiſſimis Jo: *Bottario*, Carolo *Maſſinio*, Petro Franciſco *Agginio*, aliiſque. In ea autem Concina tuetur: peccatores recidivos abſolutione indignos habendos, niſi vetere exuto homine novum incipiant induere: nempe peccandi conſuetudine, cauſſiſque ſublatis, talem ingrediantur vitæ rationem, qualem ore profitentur & ſpondent. Anno inſequenti Pariſiis iſthæc diſſertatio in Gallicam linguam converſa eſt (2); & ſicuti deteſtatione inſigni a Gallis exceptus fuerat P. *Pichonis de frequenti communione* liber, ſic maximo gaudio, atque adprobatione iidem Danielis Concinæ lucubrationem exceperunt, atque laudarunt. Fuit hæc poſtremum ſummi viri pro Chriſtiana ethice ſtudii atque amoris monumentum. Nec diverſo ſane modo, aut melius laboribus ſuis maximis finem homo imponere poterat, qui a caſtioris doctrinæ vindiciis exorſus toto vitæ tempore, innumeris jactatus procellis, afflictuſque incommodis, pro ea fortiſſime decertavit. Ergo ante quam de moribus ejus atque virtutibus, quod unum reliquum videtur eſſe, differere incipiam, de nonnullis pro eo apologeticis ſcriptis, deque poſthumis, ineditiſque ejuſdem lucubrationibus, verba facienda ſunt.

## CAPUT XXXV.

*De ſcriptis apologeticis PP.* Patuzzii, Dinellii, Migliolii *adverſus PP.* Zacchariam, Ballam *alioſque Concinæ Operum cenſores minus æquos.*

P. Franciſcus Ant. *Zaccharias* in *Hiſtoria Litteraria*, aliiſque ſcriptionibus Concinam perpetuo inſectatus acriter eſt, ac tum quidem acerbius ac inſolentius cum de *Theologia Chriſtiana* ſermonem inſtituit. Novum ſane hoc non accidit doctis viris, quibus notum eſt: illum ſocioſque ejus vituperare eos ſemper, atque maledictis inſectari, qui doctrinas tuentur aut Moliniſticæ ſcholæ contrarias, aut ethicen caſtigatiorem profitendo paulo durius excipiunt horribilium, noxiarumque magiſtros doctrinarum. Hæc omnia, quæ alioquin ſummæ maximæque laudi ducenda ſunt, diſplicent pleriſque PP. Societatis, quorum amarulenta, ac plena acerbitatis ſcripta in egregios viros compertiſſima ſunt. Ex his tamen nemo inclementius ludibrio eſt habitus Daniele Concina, cujus etiam pios manes poſt fata P. *Zaccharias* aliique exturbarunt. Hunc Ariſtarchum ſæpe monuerat P. *Patuzzius*, ut ſcilicet aut a cæptis ceſſaret, aut majori in hominem tot nominibus ſuſpiciendum moderatione uteretur. At quum ipſe, licet *Patuzzii* doctrinæ, atque admirabilis propemodum ingenii vis minime ignarus, virgam cenſoriam in Concinam quotidie extenderet, & ſtrophas ridiculas, atque criminationes ſine fine congereret, *Patuzzius* hominis ferocitatem caſtigandam, atque conterendam eſſe ne dum opportunum, ſed neceſſarium etiam duxit. Quare Anno MDCCLV. *Animadverſiones* in *Hiſtoriam Litterariam* præcipue confecit, in quibus in examen vocavit quæcumque ille adverſus Concinam, & *Epiſtolas Theologico-morales* falſo, atque inconſulto protulerat. Jam vero quum primum, ac fere ſecundum harum *Animadverſionum* volumen eſſet impreſſum, ignis in Typographia, ca-



(1) Libri primi Decretalium ſelectas Theſes Congregatio Sacerdotum in Dom. Profeſſ. Rom. Soc. Jeſu DDD. præmittitur Diſſertatio Theologica a Sacerdote ejuſdem Congregationis habita labente hoc anno MDCCLIV. Romæ ex Typographia Ant. De Rubeis. *Libellus inſcriptus Card. Aloyſio* Matthæi; *Auctor vero eſt P.* Andreuccius *S. J.*

(2) Nouvelles Eccleſiaſtiques *A.* MDCCLVI. *pag.* 120.

ſu neſcio quo, excitatus cuncta primi voluminis exempla, & non modicam alterius partem conſumpſit. Perierunt hoc fato plura novæ editionis Operum S. Thomæ Aquinatis, & P. *Scaramelli* S. J. exemplaria. Vulgata incendii fama, P. *Zaccharias* illico P. *Patuzzii Animadverſionum* fragmenta quædam, quæ voratrices flammas effugerant, aſſecutus eſt. Tanta fuit emiſſariorum ejus diligentia. Hæc ceu magno ſibi emolumento futura ſtatim verſavit; eoque etiam libentius, quod per id temporis Hiſtoriæ ſuæ apologiam, onus ſane arduum ac perdifficile, conficeret. Suſpicatus inde, ut quivis facillime cogitaſſet, *Patuzzii* opus denuo proditurum, lepido ſane conſilio, eorum fragmentorum confutationem meditatus eſt, editis Anno MDCCLV. tribus Epiſtolis, quarum eſt inſcriptio hæc: *Lettere a preſervativo contro due Tomi d' Euſebio* Eraniſte, *ſgraziatamente incendiati in Venezia, quando l' Autore ne proccuraſſe una novella riſtampa* (1). Quo modo *Patuzzii* Epiſtolarum pondus eludere, bonos quoſdam homines anticipata critice eidem inimicos reddere, ſeque etiam ab onere graviſſimo Epiſtolis, ubi denuo lucem vidiſſent, reſpondendi, liberare cogitavit. At nihil hocce conſilii ipſi, ſociiſque ejus profuit. Nam *Patuzzius* cum alterum Epiſtolarum antigraphon ſervaret pœnes ſe, alterumque etiam apud Typographum inveniſſet, eas ad incudem denuo revocavit, & magni ponderis monumenta, quæ hactenus fruſtra quæſiverat, bono plane omine obtinuit. Cumque P. *Balla* Epiſtolam V. adverſus Concinam, & *Epiſtolas Theologico-morales* circa ea tempora vulgaſſet, ſuas in hanc quoque animadverſiones Operi adjiecit, quod ſub auſpiciis nobiliſſimi, doctiſſimique hominis Marci *Fuſcareni* editum eſt cum hac inſcriptione: *Oſſervazioni ſopra varj punti d' Iſtoria Letteraria eſpoſte in alcune lettere da Euſebio* Eraniſte al M. R. P. *Franceſco Antonio* Zaccaria; *con due appendici, altra in riſpoſta alla quinta Lettera del P. Filiberto* Balla, *altra di documenti* ec. In 8. Tomi II. In Venezia preſſo Simone Occhi. A. MDCCLVI. Ita ſane excitatum incendium, quod forte ſupremi Numinis occulta voluntate accidiſſe P. *Zaccharias*, ut *Patuzzio* metum incuteret, quaſi tremebundus prædicaverat, in eorum utique damnum recidit, qui eo lætabantur; effecitque ut qui divina ſcrutari ſibi fas eſſe ducunt, verius fortaſſe dicerent, elementorum omnium Rectorem & Dominum illud permiſiſſe, ut ornatior inſtructiorque liber prodiret, in quo doctrina & mores viri defendebantur de Catholica Eccleſia meritiſſimi. In his autem epiſtolis, pari eruditione & doctrina ſcriptis, qua hactenus percenſitæ, *Patuzzius* egregie Litteratorum Italiæ, totiuſque mundi cenſoris indolem, genium, & doctrinam pinxit, & cum ſe, tum Concinam ab ipſius ſociorumque ejus criminationibus, & præpoſteris cenſuris vindicavit. P. *Ballæ* autem Epiſtolæ V. præcipuarum rerum examen inſtituit tantum, at ab accuratiori critice ſuperſedit; cum audiviſſet illi refellendæ, noviſque auctoris *Hiſtoriæ Litterariæ* ſtrophis exagitandis alterum Theologum manus admoviſſe. Revera eodem anno P. Camillus *Migliolius* Cremonenſis, Congregationis S. Sabinæ Ord. Præd. doctus alumnus, Epiſtolas vulgavit cum hac epigraphe: *Lettere di* Agenore *a* Filarco *ſuo amico intorno la quinta Lettera del P. Filiberto* Balla, e le *cenſure di Franceſco Antonio* Zaccaria *nel Tom. VII. della* Storia Letteraria *in difeſa del P.* Concina, *e di Euſebio* Eraniſte ec. In 8. Tom. II. In Venezia MDCCLVI. Laudari merito debet P. *Miglioli* conſilium, ejuſque Opus probandum cum clarorum hominum vindicias ſuſceperit, eorumque doctrinam, rerum Theologicarum non vulgari peritia inſtructus, defenderit: at erat optandum, ut preſſius ac ornatius ſcripſiſſet, nec pleraque millies a *Patuzzio*, aliiſque convulſa, ac plane refutata denuo recoxiſſet. Contra has epiſtolas perſtrepuit P. *Zaccharias*, cujus tamen cenſuras in *Migliolium*, *Concinam*, *Patuzzium* alioſque *tenues ſine corpore vitas* merito dictitaveris. Eodem in cenſu locandæ ſunt animadverſiones, quas in P. *Dinellium* vulgavit P. Hieronymus *Lagomarſinius* celebratiſſimus Ariolus Grammaticorum, *& exiſtimator magis metuendus latinitatis, quam ſciptor mirabilis*, ut ſapienter de Laurentio *Valla* ſcripſit Philippus *Bonamicus* (1). Igitur P. *Lagomarſinius*, unde nemo jam amplius miraretur in tam celebri de *Probabilitate* concertatione neminem Grammaticorum apparuiſſe, horum trutina expendere voluit *Dinellii* I. Epiſtolam ejuſque Sermones de *Querelis Probabiliſtarum*. Edidit ergo Tridenti furioſam vere, ac flagitioſam Epiſtolam, cujus inſcriptio ſingularis hæc eſt: *Rev. P. Hieronymi* Lagomarſinii *S. J. Litterarum exemplum ad Jo: Vincentium* Lucenſem, *quibus judicium fertur de aliquot locis libelli Romæ Menſe Septembris A.* 1753. *vulgati hoc titulo:* Fr. Vincentii Mariæ *Dinellii* Cathedratici Caſanatenſis Ord. Præd. ad Carolum *Nocetium* S. J. Theologum &c. *Epiſtola*. In hac ſcriptione *Lagomarſinius*, qui ſui *manſuetudinem inauditam* inflatis buccis olim per ſe ipſe prædicavit (2), more Grammaticorum, qui ferociſſimi ſunt, quorumque bella ſunt plena cædis, atque turbarum, *Dinellium* vocat hominem *ſtultiſſimum*, *inſaniſſimum*, aliiſque lacerat conviciis, quorum ſpecimen placet exhibere (3), ut magis ac magis quivis homo ſanus cognoſcat, qua acerbitate atque inſolentia aliqui ſcriptores Societatis Dominicanos ſoleant proſcindere. Quare autem tantopere furiis agitatus *Lagomarſinius* ſit, nonniſi levem, nec ita facile probabilem cauſſam afferre poſſumus; qualem ſcilicet Grammatici magni faciunt, quos conſtat gerris, ac nugis facillime in furorem agi. Edita igitur prima a *Dinellio* Epiſtola, *Lagomarſinius*, quum hanc a Luca Florentiæ accepiſſet, ſui judicium ad Cl. Virum Jo: Dominicum *Manſium* per epiſtolam ſcripſit. Quæ Epiſtola cum *Manſio* per urbem Lucam incedenti excidiſſet, ad *Dinellium* miſſa eſt, qui eam, antequam ad *Lagomarſinii* manus deveniſſet, perlegit, & quæ in ea ſecretiora erant ad amicos, tum ad abſentes per litteras detulit. Sic rem narrat *Lagomarſinius* (4), qui novis inde probris, & exquiſitis injuriis *Dinellium* afficit, eundem appellans *calumniatorem*, *conviciatorem*, *mendacem*, *impudentem*, *ſtultum*, *amentem*, *flagitii* denique, *libidinis*, ac *petulantiæ* reum. Ceſſere hæc omnia *Lagomarſinio* impune, nec tamen unus inventus eſt, qui furialem libellum miratus ſit. Notum eſt enim paulo eruditis, quam atrociter Joanni *Lamio*, Eduardo *Corſinio*, Ubaldo *Mignonio*, Joſepho Auguſtino *Urſio*, Dominico *Lazzarinio*, Antonio Mariæ *Salvinio* aliiſque viris, quorum aliqui decora Italiæ fuerunt, maledixerit. Quamquam porro tanto conatui, atque licentiæ nullum eſſet reſponſum præbendum, voluit tamen *Dinellius* hominis impudentiam patefacere, ſeque defendere a cenſuris omnium iniquiſſimis. Hinc duas ſcripſit Epiſtolas A. MDCCLVI. quas cum hac inſcriptione Romæ vulgavit: F. *Vincentii Mariæ* Dinelli *Ord. Præd. Cathedratici Caſanatenſis ad Carolum* Nocetum, *& Hieronymum* Logamarſinum *Presbb. e Soc. Jeſu* de Grammatiſticis quibuſdam Tricis *Epiſtolæ*. *Dinellius* præclara *Lagomarſinii* facinora adverſus Pædagogos percenſet, ejus ingenium ac virtutem expendit, ſeque ab eo inhumaniter eſſe laceratum demonſtrat. Errores inde contra Grammaticorum metuenda præcepta, quos in Epiſtola ſui, ac ſermonibus reperiiſſe *Lagomarſinius* gloriabatur, *Dinellius* verſat, & ſe immerito ab eo reprehenſum evincit, niſi velit illuſtrium ſcriptorum auctoritati valedicere. Quoad vero Epiſtolam ſpectat a *Lagomarſinio* ad *Manſium* miſſam, atque a ſe perlectam, hæc ſcribit

(1) *Extant in libello, cujus eſt titulus:* Difeſa della *Storia Letteraria* e del ſuo Autore contro le *Lettere Teologico-morali* di certo P. Euſebio *Eraniſte*, ed altre Lettere di un maſcherato Rambaldo *Norimene ec.* Sotto la protezione di S. A. S. il Sig. Duca di Modena *ec. ec. In Modena* MDCCLV. *a ſpeſe Remondini. Non puduit autem P.* Zacchariam *Card.* Quirino *librum hunc conſecrare, in quo plura injurioſa in doctos ſapienteſque homines inveniuntur.*



(1) *In lib.* De claris Pontificiarum Epiſtolarum ſcriptoribus.
(2) *In Enarrationibus ad V. Serm. L.* Sectani *pag.* 18.
(3) *Pag.* 31. Nec intelligit homo inſaniſſimus (*Dinellius*) niſi forte mavult hominem ſe ridiculum, atque Divorum oſorem, quam inſaniſſimum dici .... Gaudere vero eum, quod in hominum neque conviciatorum, neque calumniatorum ſocietate vivat, tam eſt incredibile, quam æthiopem Galatarum, deformem formoſorum, ebrioſum ſobriorum, effrontem verecundorum, denique quavis improbitate inſignem proborum ſocietate poſſe gaudere. *Et pag.* 36. Tu Tu *Dinelli*, quem natum neſciebamus, ſed quandoquidem & ſacerdos & Dominicanus es .... non proletarium aliquem in fornice natum, in trivio educatum, non profeſſione maledicum, non ſine pudore ac fronte, non denique prorſus mente captum, ac furioſum credebamus, aut credimus. *Et pag.* 40. Sed de ſtultitia tua (*Dinelli*) tu videris. Nos de impudentia tua videre pergamus.
(4) *Pag.* 37.

bit (1): *Nam quid tam falſum, quam tuas ad* Manſium *litteras, ab eo reſignatas, legiſſe me, ſecretiorumque rerum, quas continebant, amicos, qui Romæ verſabantur, feciſſe certiores? Sancte teſtor, eas litteras jam a* Manſio, *ut ſcribis, lectas, neſcio quem reperiſſe, atque ad me incluſas alteri epiſtolæ miſiſſe, quæ ſic habebat*: De te, *Dinelli*, his in litteris agitur. Itaque ad te mittendas putavi, ut cognoſcas, quæ ſit *Lagomarſini* de ſermonibus tuis ſententia. *Quid autem feciſſem? An litteras, quas ad me miſſas vidiſſem, legendas non putaſſem, ut quo ſpectarent, cognoſcerem? Quis enim ſuſpicatus fuiſſet, eas excidiſſe per Urbem Lucam incedenti* Manſio? *Sed ubi quid rei eſſet animadverti, ad eumdem continuo* Manſium *ſcripſi*, ſibi ut caveret; vereri namque me, ut minus fidis familiaribus uteretur; qui ſi quid in ejus cubiculo reperirent, ſurriperent, atque ad alios mitterent. *Hanc ego epiſtolam, in qua litteras tuas illas occluſeram, obſignatam eidem reddi curavi. Scriptum autem a me Romam cuiquam amicorum nunquam fuit, legiſſe eas me, aut vidiſſe quidquam in tuis ſcriptis eorum ſecretorum, quæ tamen cujuſmodi eſſent, non indicas, ſimile. Deinde nego, nulla in iis litteris fuerunt, ut dicis, ſecretiora.* Nam *quotidiana illa quorumdam veſtrorum de Dominicanis Bajaniſmi, aut Janſeniſmi ſuſpectis in ſecretioribus rebus qui numeraſſem?* Cui interim fides habenda ſit, an *Dinellio* ſanioris doctrinæ profeſſori, ac Theologo non inerudito; an vero *Lagomarſinio* iracundo Grammatico, & Probabiliſtæ, videant ſapientiores, ſi tamen in hac controverſia finienda ſapientiorum judicio, ac ſententia opus eſt. Ego certe cum noverim *Lagomarſinium* plura mendacia in ſcriptis ſuis miſcuiſſe, non ſatis cauſſæ habeo, cur hac in re ipſi fidem habendam putem. Ergo *Dinellio* ad Epiſtolæ II. finem properanti Libellus P. *Zacchariæ* ſociorumque ejus offertur: *obſignata jam epiſtola*, inquit (2), *redditus mihi ab Ægio eſt Libellus Zaccherii Rufi rabulæ, ſatoris litium perpetuarum; qui inſcribitur*: Giudizio degli Autori della *Storia Letteraria* intorno l'ultimo Libro de *Teatri* del P. Daniele *Concina* indiritto dal Sig. Conte D. R. al Sig. Abb. O. B. Editus hic Libellus eſt Venetiis A. MDCCLVI., in eoque P. *Zaccharias* luculentius præbet ſuæ acerbitatis, ac livoris in Conciniana documentum, quemadmodum demonſtrat *Dinellius*, qui cum ſe, tum Concinam ab ejus criminationibus tuetur. At quum *Lagomarſinii*, ac *Zacchariæ* etiam ſcriptionum ſcopus eo ſpectaret, ut ſe Grammaticorum legum ignarum traducerent, ideo *Dinellius* primum monet: ſe de Theologicis rebus ſermonem inſtituiſſe; inde *Lagomarſinium* (poterat quoque monitum ad P. *Zachariam* extendere) hortatur, ne amplius de rebus Theologicis quidquam loquatur, ſed contra intra Grammaticorum ſepta vagetur (2). Poſtremo tandem quarumdam phraſium indicem cogit ab optimis latini idiomatis ſcriptoribus adhibitarum, quas tamen *Lagomarſinius*, & *Zaccharias* reprehenderant, imo hic ultimus litterator ceu *Beſtialitates* notaverat. En Indicis hujuſce titulus: *Fraſi di alcuni antichi Scrittori Latini, notate come errori dal P. Girolamo* Lagomarſini *ne' Sermoni, e nella Epiſtola prima del P.* Dinelli *Domenicano; alcune delle quali ſono riferite, e chiamate beſtialità dal P.* Zacchieri *Geſuita nella pag. 65. e ſegg. del ſuo picciol libro intitolato*: Giudizio ec. (3). Sed de his nimis fortaſſe multa jam dixi; quamquam adeo injuſta ſunt, & acerba (4), quæ P. *Zaccharias* in Concinam, ejuſque apologiſtas in-

(1) *Epiſt. II. ad* Lagomarſinium §. *XLIX. pag. 495. Venetæ Editionis, in qua aliæ decem ejuſdem* Dinellii *Epiſtolæ in* Concinæ *vindicias inveniuntur.*
(2) *Loc. cit. §. LI. pag. 496. memoratæ edit.*
(3) *P.* Lagomarſinius *cum lineis 26. in Enarrationibus ad V. Serm. L.* Sectani *pag. 26. quidquid de* Auxiliis *Divinæ Gratiæ audiverat, comprehendere ſtatuiſſet, graviter undecies lapſus eſt. Hæc quidem ſecundum eorum ſententiam, qui & ſermonum & enarrationum* Lagomarſinium *auctorem faciunt.*
(4) *Apud* Dinellium *loc. cit. pag. 503.*
(5) *Placet hoc loci nonnulla exſcribere ex modo laudato* Giudizio *P.* Zacchariæ, *unde moderatum ipſius animum lector agnoſcat. Pag. 13. & ſeqq.* Il P. *Concina* confeſſa nella ſua eſemplariſſima *Ritrattazione* di aver calunniato il ſuo proſſimo, per eſſer il poverino di deboliſſima viſta. Triſto chi li crede. Ne ha adulterati (*di teſti*) a migliaja, eppure non ſi è ito ancora a naſcondere. Noi vorremo ſapere dall' illiterato Fra-



intorquet, ut paucis indicari verbis vix poſſint.

## CAPUT XXXVI.

*De aliquot inluſtrium Virorum lucubrationibus in quibus Concinæ mores, & dogmata defenduntur.*

INgrati animi notam ipſe jure meritoque incurrerem, ſi heic ſilentio involverem eos viros, ſane præclariſſimos, qui ſuis in ſcriptis Concinæ vindicias egerunt. Memorabo illos ergo, & ſi pro meritis non laudavero eorumdem lucubrationes, juvabit ſaltem eorum meminiſſe in hac cauſſa; magna enim laus eſt, ut ego quidem reor, ob defenſam veritatem, & rejectum mendacium nominari. Ergo inter eos, queis caſtioris ethices amatores plurimum debent commemorandus cumprimis eſt Andreas *Luggiattus* Presbyter Veronenſis, qui Anno MDCCLIII. Lucæ typis Philippi Mariæ *Benedini* librum vulgavit cum hoc titulo: *Supplemento, ovvero Oſſervazioni fatte a' tre primi Tomi della Storia Letteraria d' Italia*; in quo plures doctrinæ morum, ſeveriorumque muſarum cultores, tum pro re nata Concinæ cauſſam a cenſuris P. *Zacchariæ* vindicavit; ac Italicæ litteraturæ dignitatem, atque decorem, *Hiſtoria* illa *Litteraria* infuſcatum, erudite tutatus eſt. Hinc cum ſapientum favore liber hujuſmodi fuiſſet exceptus, A. MDCCLIV. Supplementum alterum in vulgus emiſit ſic inſcriptum: *Supplemento ai Tomi IV. e V. della Storia Letteraria d' Italia*; quod inde anno inſequenti ad VI. & VII. ejuſdem Hiſtoriæ, emunctæ naris hominibus plaudentibus, extendit. Quo tempore hocce *Supplementum* in lucem prodibat, P. *Bonaventura a Coccaleo* ex Ordine Cappuccinorum, vir de Chriſtiana ethice optime meritus, ſuas epiſtolas cum hoc titulo vulgare cæpit: *Lettere di ragguaglio di Rambaldo* Norimene *al ſuo dilettiſſimo amico D. Luigi* Bravier *intorno alcune Controverſie Letterarie ſuſcitateſi in varie Città dell' Italia*. In Trento A. MDCCLIV. per Gio: Battiſta Parone. Duobus inde inſequentibus annis duo alia volumina edidit, in quibus Concinam, ac *Patuzzium* a P. *Zacchariæ*, aliorumque cenſuris docte, & erudite defendit. Dum concertatio de *Spectaculis Theatralibus* acriter vigeret, Auctor Anonymus ex Ordine Minorum, qui ægre tulerat P. *Blanchum* mimorum mimarumque patrocinium ſuſcepiſſe, librum Venetiis edidit A. MDCCLV. in quo Concinæ de eliminandis Theatris placita complexus eſt. En illius titulus: *Saggio, ed Oſſervazioni di Giovanni Ambrogio* Toniſchi *intorno a' Teatri, e Giuochi d' Azzardo*, cujus Operis falſo Danielem Concinam Auctorem facit Scriptor Ephemeridum Venetarum (1). Concinæ doctrinam de *fænore* adverſus *Maffejum* probavit, ac adſeruit alter Anonymus, auctor Operis cujus titulus eſt: *Oſſervazioni critiche, nelle quali ſi confuta il libro intitolato*: Dell' impiego del denaro. In 4. In Lucca A. MDCCLV. Inter Concinæ autem Apologiſtas meritiſſime numerandus eſt Jo: *Lamius*, qui utpote caſtigatioris doctrinæ adſer-

Frate da qual Priore abbia egli avuto la facoltà di graduare in Converſo dell' Ordine, o ſia Torzone il Sig. Marcheſe *Maffei* (*nam* Laicum *Concina & quidem recte* Maffejum *appellaverat*). Qual frateſco riſentimento ſarebbe egli mai queſto di gittare in ſul viſo a un letterato, ch'ei non ſia Chierico, nè Frate. Ma noi leggendo queſte, ed altre infinite ſomiglianti eſpreſſioni, ingiurioſiſſime, ſtrappazzantiſſime, villaniſſime, ſtomacantiſſime, in una parola *concinianiſſime*, compatiamo vivamente la malignità di queſto ſcrittore, rendutoſi per la ſua probabilioriſtica maldicenza, conſiſtente non in una ſola parola d'ingiuria, e di ſtrappazzo, l'odio è l'infamia dell' univerſo. Circa il ſapere o non ſapere *il Lagomarſini* di Teologia, di Scritture divine, di Concilj, di Padri diremo ſenza eſitare, ch'egli in tutte e ſingole tali coſe ne ha ſtudiato, e ne ſa da poter leggere in cattedra al P. *Concina*. Certi Buffoncelli della sfera del P. *Concina*, i quali hanno il baco di comparire buoni latinanti; e lo ſon peſſimi. Sino i Converſi, e Torzoni dell' Ordine maliſſimo ſoddisfatti intuonavano a tutte le ore con voci incondite l'antifona: *audite cœli & obſtupeſcite.* Anzi da più di loro, non però nè i più dotti, e ſaggi, nè i più ſpecchiati, e religioſi tra eſſi, fu riconoſciuto *Concina*, abbracciato, e baciato in fronte qual cariſſimo in Criſto fratello, e qual zelantiſſimo promotore della fratellevole carità, e ſi può dire, che *facti ſunt amici Pilatus, & Herodes in die illa &c.*

(1) Novelle della Repubblica delle Lettere A. MDCCLV. *pag.* 345.